[redacted]

[redacted]



[redacted]

[redacted]



# DE ROMANORUM IURIS PUBLICI SACRIQUE VOCABULIS SOLLEMNIBUS IN GRAECUM SERMONEM CONVERSIS

SCRIPSIT

DAVID MAGIE

MCMV

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

GEORGIO WISSOWA SACRUM

[redacted]

# Siglorum catalogus.

Arch.-epigr. Mitt. = Archäologisch-epigraphische Mitteilungen aus Österreich-Ungarn.
Ath. Mitt. = Mitteilungen des deutschen Archäologischen Instituts zu Athen.
Bauer, Kriegsaltertümer = v. Müller-Bauer: Die griechischen Privat- und Kriegsaltertümer, 2. Aufl., München 1893.
BCH. = Bulletin de correspondance hellénique.
BGU. = Griechische Urkunden aus dem Königlichen Museum zu Berlin.
Busolt, Staatsaltertümer = Busolt: Die griechischen Staats- und Rechtsaltertümer, 2. Aufl., München 1892.
Cagnat = Cagnat: L'Année épigraphique.
CGL. = Corpus Glossariorum Latinorum.
CIG. = Corpus Inscriptionum Graecarum.
CIL. = Corpus Inscriptionum Latinarum.
CPR. = Corpus Papyrorum Raineri.
Ditt.² = Dittenberger: Sylloge inscriptionum Graecarum iterum edid. Lips. 1898—1901.
Eph. Ep. = Ephemeris Epigraphica.
Friedländer, SG. = Friedländer: Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms, 6. Aufl. I—III, Leipzig 1888—90.
Gilbert, Staatsaltertümer = Gilbert: Handbuch der griechischen Staatsaltertümer, Leipzig I² 1893, II 1885.
Heberdey = Heberdey: Opramoas, Inschriften vom Heroon zu Rhodiapolis, Wien 1897.
Herm. = Hermes.
Hirschfeld, VG. = Hirschfeld: Untersuchungen auf dem Gebiete der Röm. Verwaltungsgeschichte, I, Berlin 1877.
IBM. = Ancient Greek inscriptions in the British Museum, Oxford 1874—93.
IG. = Inscriptiones Graecae.
IGR. = Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes edd. R. Cagnat et al.
Insch. Magn. = Kern: Die Inschriften von Magnesia am Maeander, Berlin 1900.
Insch. Olymp. = Die Inschriften von Olympia (Olympia V).
Insch. Perg. = Die Inschriften von Pergamon (Altertümer von Pergamon VIII).
Inscr. Pont. = Latyschev: Inscriptiones Antiquae orae septentrionalis Ponti Euxini, I, II, IV, Petrop. 1883—1901.
JHS. = The Journal of Hellenic Studies.
Kaibel, Ep. Gr. = Kaibel: Epigrammata Graeca ex lapidibus conlecta, Berol. 1878.
Le Bas = Le Bas-Foucart-Waddington: Voyage Archéologique en Grèce et en Asie Mineure I—III, Paris 1847—1877.
Marq. StV. = Marquardt: Römische Staatsverwaltung 2. Aufl. I—III, Leipzig 1881—1885.

Mentz, Magg. Appell. = Mentz: De magistratuum Romanorum Graecis appellationibus, diss. phil. Jenens. 1894.
P. Meyer, Heerwesen = P. Meyer: Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Ägypten, Leipzig 1900.
Momms. RF. = Mommsen: Römische Forschungen, I, II, Berlin 1864, 1879.
Momms. StR. = Mommsen, Römisches Staatsrecht, 3. Aufl. I—III, Leipzig 1887.
Monatsb. Berl. Akad. = Monatsberichte der kgl. preußischen Akademie der Wissenschaften.
P. Amh. = Grenfell-Hunt: The Amherst Papyri, I, II, London 1900, 1901.
P. Fay. = Grenfell-Hunt-Hogarth: Fayoum towns and their Papyri, London 1900.
P. Lond. = Kenyon: Greek Papyri in the British Museum, I, II, London 1893, 1898.
P. Oxy. = Grenfell-Hunt: The Oxyrhynchus Papyri, I—III, London 1897—1903.
P.-W. = Pauly-Wissowa: Real-Encyklopädie der klassischen Altertumswissenschaft.
Prosop. = Prosopographia Imperii Romani saec. I. II. III.
Rev. Arch. = Revue archéologique.
Rev. Phil. = Revue de philologie.
Sitzb. Berl. Akad. = Sitzungsberichte der kgl. preußischen Akademie der Wissenschaften.
Stengel, Kultusaltertümer = Stengel: Die griechischen Kultusaltertümer, 2. Aufl. München 1898.
Viereck, SG. = Viereck. Sermo Graecus quo S. P. Q. R. magistratusque P. R. usque ad Ti. Caesaris aetatem in scriptis publicis usi sunt examinatur, Gottingae 1888.
Wilcken, Ostraka = Wilcken: Griechische Ostraka aus Ägypten und Nubien, Leipzig 1899
Wissowa, Religion = Wissowa: Religion und Kultus der Römer, München 1902.

---

## Corrigenda.

P. 59. Pro Diocesis provinciae leg. Dioecesis provinciae.
P. 102. Pro Ciminae leg. Ciminiae.
P. 104. Pro Cagnat 1895, 43 leg. Cagnat 1896, 43.
P. 108. Pro Ἀλεξανδρείαν leg. Ἀλεξάνδρειαν.

GEORGIO WISSOWA SACRUM

# Siglorum catalogus.

Arch.-epigr. Mitt. = Archäologisch-epigraphische Mitteilungen aus Österreich-Ungarn.
Ath. Mitt. = Mitteilungen des deutschen Archäologischen Instituts zu Athen.
Bauer, Kriegsaltertümer = v. Müller-Bauer: Die griechischen Privat- und Kriegsaltertümer, 2. Aufl., München 1893.
BCH. = Bulletin de correspondance hellénique.
BGU. = Griechische Urkunden aus dem Königlichen Museum zu Berlin.
Busolt, Staatsaltertümer = Busolt: Die griechischen Staats- und Rechtsaltertümer, 2. Aufl., München 1892.
Cagnat = Cagnat: L'Année épigraphique.
CGL. = Corpus Glossariorum Latinorum.
CIG. = Corpus Inscriptionum Graecarum.
CIL. = Corpus Inscriptionum Latinarum.
CPR. = Corpus Papyrorum Raineri.
Ditt.$^2$ = Dittenberger: Sylloge inscriptionum Graecarum iterum edid. Lips. 1898—1901.
Eph. Ep. = Ephemeris Epigraphica.
Friedländer, SG. = Friedländer: Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms, 6. Aufl. I—III, Leipzig 1888—90.
Gilbert, Staatsaltertümer = Gilbert: Handbuch der griechischen Staatsaltertümer, Leipzig I$^2$ 1893, II 1885.
Heberdey = Heberdey: Opramoas, Inschriften vom Heroon zu Rhodiapolis, Wien 1897.
Herm. = Hermes.
Hirschfeld, VG. = Hirschfeld: Untersuchungen auf dem Gebiete der Röm. Verwaltungsgeschichte, I, Berlin 1877.
IBM. = Ancient Greek inscriptions in the British Museum, Oxford 1874—93.
IG. = Inscriptiones Graecae.
IGR. = Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes edd. R. Cagnat et al.
Insch. Magn. = Kern: Die Inschriften von Magnesia am Maeander, Berlin 1900.
Insch. Olymp. = Die Inschriften von Olympia (Olympia V).
Insch. Perg. = Die Inschriften von Pergamon (Altertümer von Pergamon VIII).
Inscr. Pont. = Latyschev: Inscriptiones Antiquae orae septentrionalis Ponti Euxini, I, II, IV, Petrop. 1883—1901.
JHS. = The Journal of Hellenic Studies.
Kaibel, Ep. Gr. = Kaibel: Epigrammata Graeca ex lapidibus conlecta, Berol. 1878.
Le Bas = Le Bas-Foucart-Waddington: Voyage Archéologique en Grèce et en Asie Mineure I—III, Paris 1847—1877.
Marq. StV. = Marquardt: Römische Staatsverwaltung 2. Aufl. I—III, Leipzig 1881—1885.

Mentz, Magg. Appell. = Mentz: De magistratuum Romanorum Graecis appellationibus, diss. phil. Jenens. 1894.
P. Meyer, Heerwesen = P. Meyer: Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Ägypten, Leipzig 1900.
Momms. RF. = Mommsen: Römische Forschungen, I, II, Berlin 1864, 1879.
Momms. StR. = Mommsen, Römisches Staatsrecht, 3. Aufl. I—III, Leipzig 1887.
Monatsb. Berl. Akad. = Monatsberichte der kgl. preußischen Akademie der Wissenschaften.
P. Amh. = Grenfell-Hunt: The Amherst Papyri, I, II, London 1900, 1901.
P. Fay. = Grenfell-Hunt-Hogarth: Fayoum towns and their Papyri, London 1900.
P. Lond. = Kenyon: Greek Papyri in the British Museum, I, II, London 1893, 1898.
P. Oxy. = Grenfell-Hunt: The Oxyrhynchus Papyri, I—III, London 1897—1903.
P.-W. = Pauly-Wissowa: Real-Encyklopädie der klassischen Altertumswissenschaft.
Prosop. = Prosopographia Imperii Romani saec. I. II. III.
Rev. Arch. = Revue archéologique.
Rev. Phil. = Revue de philologie.
Sitzb. Berl. Akad. = Sitzungsberichte der kgl. preußischen Akademie der Wissenschaften.
Stengel, Kultusaltertümer = Stengel: Die griechischen Kultusaltertümer, 2. Aufl. München 1898.
Viereck, SG. = Viereck. Sermo Graecus quo S. P. Q. R. magistratusque P. R. usque ad Ti. Caesaris aetatem in scriptis publicis usi sunt examinatur, Gottingae 1888.
Wilcken, Ostraka = Wilcken: Griechische Ostraka aus Ägypten und Nubien, Leipzig 1899
Wissowa, Religion = Wissowa: Religion und Kultus der Römer, München 1902.

---

## Corrigenda.

P. 59. Pro Diocesis provinciae leg. Dioecesis provinciae.
P. 102. Pro Ciminae leg. Ciminiae.
P. 104. Pro Cagnat 1895, 43 leg. Cagnat 1896, 43.
P. 108. Pro Ἀλεξανδρείαν leg. Ἀλεξάνδρειαν.

[redacted]

Graeca lingua quomodo Romani in componendis tabulis publicis usi sint, diserte ac copiose tractaverunt viri doctissimi Kaibel[1]), Viereck[2]), Lafoscade[3]). Quorum Kaibel quidem Graecam versionem monumenti Ancyrani, quonam sermone conscripta sit examinato, a viro Romano esse confectam docuit, Viereck et Lafoscade de sermone Graeco Romanae rei publicae monumentorum disseruerunt, alter usque ad Tiberii, alter ad Constantini aetatem descendens, quorum in libris tamen quomodo sollemnia vocabula iuris Romani redditae sint Graece non nisi in transcursu tractatum est, atque Graeci qua ratione nomina Latina in linguam vernaculam converterint exquirere minime illorum virorum erat.

Ipsis de vocibus sollemnibus disseruerunt Wannowski[4]) et Mentz[5]), quorum alter, ut qui ante multos annos scripserit, quo tempore pauci tituli cogniti erant, scriptorum libros imprimis pro fontibus studiorum habuit, alter magistratuum modo Graecas appellationes exposuit, neque quibus rationibus conversae sint voces accurate introspexit, neque quibus de civitatibus Graecis vocabula sollemnia sumpta ad res Romanas translata sint perscrutatus est. Quare ut de vocibus sollemnibus iuris et publici et sacri Romani, quomodo cum Romani tum Graeci reddiderint lingua Graeca, et unde appellationes Graecae ortae sint, dissererem induxi animum.

Quod quidem attinet ad antiquissimorum nomina monumentorum, quae sunt saeculo a. Chr. n. altero ineunte confecta, eadem usurpabat uterque populus. Ita enim certae inveniuntur appellationes et constantes in monumentis inter se diversissimis, nempe in scriptis publicis Romanis et plebiscito illo Lampsacenorum a. 588/196 confecto, ut eae iam diu in usu fuisse, neque multo post saeculum a. Chr. n. tertium

1) Apud Mommsenum, Res gestae Divi Augusti[2] p. 197 seqq.

2) P. Viereck, Sermo Graecus quo S. P. Q. R. magistratusque P. R. usque ad Ti. Caesaris aetatem in scriptis publicis usi sunt examinatur. Gottingae 1888.

3) L. Lafoscade, De epistulis (aliisque titulis) imperatorum magistratuumque Romanorum, quos ab aetate Augusti usque ad Constantinum Graece scriptos lapides papyrive servaverunt. Insulis 1902.

4) Antiquitates Romanas e Graecis fontibus explicatas ed. Aug. Wannowski, Regimont. 1846.

5) M. Mentz, De magistratuum Romanorum Graecis appellationibus. Diss. phil. Jenens. 1894.

medium ortae esse videantur. Quarum appellationum magnam partem in titulis inferiorum quoque aetatum legimus, nec non apud Graecos scriptores rerum Romanarum Polybium, Dionysium, Diodorum, alios usque ad Lydum infimae aetatis.

Haec vocabula collegi, corporibus titulorum ac papyrorum et scriptoribus rerum perlectis inde a saeculo a. Chr. n. altero ineunte usque ad regni Diocletiani initium, quo permulta munera a pristinis Romanis prorsus diversa nobis occurrere incipiunt, titulisque nonnullis Byzantinae aetatis, qui ad constituenda vocabula temporibus superioribus usurpata adiuvent, et appellationibus magistratuum, quae apud Lydum inveniuntur, additis. Quorum nominum quae sint origines quaesivi. Tribus enim modis Graece reddita esse Romanorum vocabula sollemnia me monuit Wissowa, praeceptor meus — primum per *comparationem*, qua vocabula sollemnia iuris publici Graeci ad magistratus institutaque Romanorum designanda ita usurpabantur, ut similia similibus conferrentur, et appellationes Graecae ad munera Romana congruentia transferrentur. Nam, ut exemplum afferam, vox *στρατηγός*, quae appellatio erat magistratus summi Achaeorum et Aetolorum, ad praetorem, summum pristinae Romanae aetatis magistratum, translata est. Deinde per *translationem*, qua appellationes Latinae ad verbum Graece reddebantur vocibus eiusdem significationis, vi sollemni nominum non servata; quo modo *interrex* per *μεσοβασιλεύς* explicatus est. Denique per *transcriptionem*, qua voces Latinae litteris Graecis scribebantur, ut *augur* = *αὔγουρ*. Et, quod ad paucas appellationes attinet, eandem omnibus modis conversam invenimus, ut *quaestor* = *ταμίας* per comparationem, = *ζητητής* per translationem, = *κυαίστωρ* per transcriptionem. Quorum modorum convertendi antiquissima est comparatio, quae ad voces sollemnes Romanas Graece explicandas in monumentis alterius saeculi a. Chr. n. adhibita est. Deinde translatio paulatim in usum venit, cum plura vocabula requirerentur et munera nova, quae et ipsa Graece reddi opus erat, crearentur. Denique transcriptio, qui modus aetate priore non usurpabatur nisi cum appellatio Latina difficilius aut per comparationem aut per translationem Graece converti posset, inferioribus temporibus, cum iam prisca significatio munerum plerumque periisset, magno in usu erat.

Sed ut temporibus, ita monumentorum generibus diversis appellationes illis tribus modis diverse redditae sunt. In titulis enim ratio vocabula sollemnia Graece convertendi est constans, cum ea quae per comparationem orta in litteris publicis antiquissimis occurrunt, tum ea quae inferioribus modo temporibus usurpata aut per translationem aut per transcriptionem reddebantur, illis titulis exceptis, qui a hominibus privatis conscripti a consuetudine abhorrent. Contra scriptores elegantiae sermonis gratia et studio variandi commoti, ut crebras repetitiones vocum vitarent, appellationes generales sine sollemni

significatione et locutiones varie compositas pariter cum solitis nominibus usurpabant.

De his igitur vocabulis sollemnibus aliis alio modo ortis in disserui, ut de appellationum Graecarum singularum originibus secundum modos, quibus singulae ortae sunt, quaerere conatus sim. Altera deinde in libri parte nomina in capita octo digesta tabulis complexus sum.

## I.

Antiquissimis temporibus, quibus vocabula sollemnia rei publicae Romanae Graece reddi coepta sunt, per comparationem convertebantur. Quare appellationes fere omnes, quae in monumentis antiquissimis comparent, de Graecarum civitatum institutionibus sumptae sunt, praecipue de iis, cum quibus Romanis negotia fuissent, quaeque reliquis magis iis cognitae essent, nempe Magnae Graeciae urbibus et civitatibus Graeciae occidentalis foederatis. Primum igitur vocabula, quae in externo populorum usu atque commercio usurpabantur, Graece per comparationem reddebantur, ut *populus Romanus*, *senatus*, *praetor* (sive *consul*), *quaestor*, *legatus*, quae appellationes usque ad infima tempora integrae conservabantur; deinde autem appellationes aliae, quibus opus erat ad res Romanas describendas, ut *aedilis* nominaque comitiorum, ac praecipue vocabula militaria et sacra eodem modo de institutionibus Graecis sumebantur; quam ob rem factum est ut vocabula sollemnia fere omnia, quae aetate liberae rei publicae in usu erant, per comparationem Graece reddita in titulis atque apud scriptores cum aetatis huius tum temporum inferiorum reperiamus.

Quomodo ergo voce *δῆμος* apud scriptores Graecos significatur universus populus civitatis cuiuspiam[1]), sic ubique in monumentis Romanis Graece scriptis comparet *populus* = *δῆμος*. Sicut autem in litteris rerum publicarum Graecarum semper reperitur vocabulum *δῆμος* cum populi nomine in pluralis genitivo, numquam cum adiectivo, coniunctum[2]), ita in monumentis Romanis et apud scriptores rerum semper invenimus *ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων*, aut *ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων*, aut *ὁ δῆμος Ῥωμαίων*, nusquam vero *ὁ δῆμος Ῥωμαῖος* nisi in glossariis, neque *ὁ Ῥωμαϊκὸς δῆμος* nisi apud Lydum[3]). Qui igitur vocabulum Graece reddiderint, usum Graecorum eos imitatos nec locutionem *populus Romanus* umquam per translationem interpretatos esse satis constat.

---

1) Cf. Thuc. VI 39.

2) E. g. *ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων* IG. I 59 = Ditt.$^2$ 50, IG. II 14 b = Ditt.$^2$ 72, IG. II 66 b = Ditt.$^2$ 114. *ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀργείων* IG. XII 2, 1259 = Ditt.$^2$ 428. *ὁ δῆμος Ἐλατέων* IG. IX 109 = Ditt.$^2$ 842. *ὁ δῆμος ὁ Ἐφεσίων* IBM. 448 = Ditt.$^2$ 175. *ὁ δῆμος ὁ Μιλησίων* Insch. Olymp. 52 = Ditt.$^2$ 314. *ὁ δῆμος ὁ Ῥοδίων* BCH. X 118 = Ditt.$^2$ 265. 3) Mens. IV, 10. 30.

Atque cum concilii summi nomen saepe cum populi nomine in litteris publicis coniungeretur, in monumentis quidem Graecis passim comparet locutio ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος, cui accurate respondet illa Romana locutio *senatus populusque Romanus*, quae Graece convertebatur per ἡ σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων, ut in senatus consultis ca. 669/85[1]) et a. 676/78[2]) scriptis, et ἡ σύγκλητος καὶ δῆμος Ῥωμαίων, ut in epistula C. Cassii proconsulis anni 666/88[3]), et ἡ σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων, ut in monumento Ancyrano[4]). Quamquam vero concilium Graecae civitatis semper βουλή appellatur, tamen in omnibus monumentis ad res Romanas pertinentibus, cum in litteris publicis Romanis tum in titulis Graecis, per σύγκλητος redditum comparet vocabulum *senatus*, ut haec vox pro appellatione sollemni habenda sit. Quam iam saeculo a. Chr. n. tertio constantem et certam fuisse ex eo apparet, quod in plebiscito Lampsacenorum a. 558/196 scripto[5]) vocabulum σύγκλητος, quo senatus Romanus significatur, voci βουλή, quae est concilium summum Lampsacenorum, opponitur, sicut apud Polybium[6]) quoque senatum per σύγκλητος, concilium Carthaginiense vero per γερουσία[7]) designatum invenimus. Itaque non solum in titulis antiquissimis sed etiam apud Polybium reperitur appellatio sollemnis σύγκλητος, quae inferiorum quoque temporum ubique in titulis et apud scriptores comparet, Dionysio ac Cassio Dione[8]) exceptis, cum in forma brevi ac vulgari σύγκλητος, tum in plena ἡ σύγκλητος βουλή, quae in titulis duobus saeculi tertii[9]) et apud Herodianum nobis occurrit. Iam de huius appellationis origine pauca addenda sunt. Ut Aristoteles voce σύγκλητος semel usus est[10]), qua concilium contioni populi opponatur, ita in rebus publicis Graeciae non in usu fuisse videtur hoc vocabulum, quod non nisi in titulo Amphiaraei Oropiorum ca. 155 a. Chr. n. scripto[11]) comparet, ubi concilium summum Achaeorum indicat. Sed in Magnae Graeciae civitatibus voce σύγκλητος esse significatum concilium summum recte docuisse videtur Mommsen[12]). Tres enim tituli hoc vocabulum exhibent, Neapolitanus saeculi a. Chr. n. alterius exeuntis aut primi ineuntis[13]), ubi est δόγματι συγκλήτου, deinde decretum Agrigentorum saeculi a. Chr. n. tertii exeuntis[14]), ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ καθὰ καὶ τᾷ συγκλήτῳ, denique decretum Melitensium aetatis eiusdem[15]), ἔδοξε

1) BCH. XIII 503. 2) IG. XIV 951 — CIL. I 203.
3) Ath. Mitt. XVI 95, 101, 441 — Ditt.² 328.
4) Gr. VII 12. In Mon. Apollon. sane legitur ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων.
5) Ath. Mitt. VI 96, 212 — Ditt.² 276. 6) X 18, 2.
7) Quo magis mirandum est senatores Carthaginienses οἱ τῆς συγκλήτου καὶ τῆς γερουσίας apud Polyb. XXXVI 2, 6 appellari.
8) Non quidem in Dionis opere reperitur nisi in epitome LXXVIII 3.
9) IG. XII 1, 786 et BCH. VII 325. 10) Pol. III 1, 7. 11) IG. VII 411.
12) StR. III 841 adn. 2. 13) IG. XIV 756á — CIG. 5799.
14) IG. XIV 952 — CIG. 5491. 15) IG. XIV 953 — CIG. 5752.

*τῇ συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ.* Quare de rebus publicis Magnae Graeciae Romanos hanc appellationem sibi assumpsisse constat. Quamquam autem vocem *σύγκλητος* pro vocabulo sollemni vulgo esse habitam supra vidimus, tamen aliae senatus appellationes apud scriptores exsistunt. Etenim vocem *βουλή*, quae est apud Graecos concilium summum populi, ad senatum Romanum designandum usurpant saepe scriptores. Neque vero in titulis *βουλή* comparet, nisi in duobus urbanis, altero aetatis Antoninianae[1]), altero anni 399[2]), atque uno monumenti Ancyrani loco[3]), ut haec appellatio, quamquam a privatis saepe usurpata, tamen inter vocabula sollemnia sermonis publici numquam recepta esse videatur. Idem ad vocem *συνέδριον* pertinet, quae pro *senatus* dicta saepe apud scriptores, nusquam vero in titulis invenitur, etiam si frequenter apud Graecos concilium summum rei publicae designabat, non solum in Achaeorum et Aetolorum foederibus, quorum concilia *συνέδριον* esse appellata videntur[4]), sed apud alios etiam populos aetatis inferioris[5]), quos secutus Polybius, primus, quod ego quidem sciam, vocabulum in senatum Romanum transtulit. Cuius post aetatem vox *συνέδριον* apud multos scriptores usque ad Cassium Dionem comparet[6]), et per se posita et cum aliis vocabulis coniuncta, ut *τὸ μέγα συνέδριον* apud Plutarchum, et *τὸ βουλευτικὸν συνέδριον*[7]), aut *τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς* aut *τὸ συνέδριον τῆς γερουσίας* apud Dionysium. Qui scriptor praeterea voce *γερουσία* per se posita senatum Graece bis reddit, sicut etiam Diodorus ac Plutarchus atque imprimis Cassius Dio, nusquam tamen in titulis comparet *γερουσία* nisi fortasse in uno anni 525[8]). Quo vocabulo scriptores, cum senatum conferrent cum concilio vetere, quod aderat regibus Graecis antiquissimis atque Spartae florebat usque ad saeculum a. Chr. n. tertium[9]), videntur usi esse, imprimis Dionysius, qui regnum Romanum pristinum cum Lacedaemoniorum re publica ipse comparat[10]).

Tres igitur fuisse appellationes apparet quae ad vocabulum senatus Graece convertendum in usu erant — *σύγκλητος*, *βουλή*, *συνέδριον* — quae omnes per comparationem cum institutionibus Graecis

---

1) IG. XIV 1392 = Ditt.² 399, ubi sane legitur *ἀνενεγκὼν εἰς τὴν βουλὴν συγκλήτου δόγματι.* 2) IG. XIV 1075, titulus metricus. 3) Gr. I 5.

4) Cf. Busolt, Griech. Staatsaltertümer 357. 369. *συνέδριον* Aetolorum in titulo Ditt.² 425.

5) Cf. Gilbert, Griech. Staatsaltertümer II 316. *συνέδριον* Dymis CIG. 1543 = Ditt.² 316, Elateae IG. IX 109 = Ditt.² 342, Epidauri IG. IV 944, Oropiorum IG. VII 378. 412.

6) *συνέδριον* = *curia senatus* saepe comparet, ut iam docuit Mommsen StR. III 812 adn. 2. E. g. Dionys IV 38; VI 66; VII 39; Cass. Dio XXXVI 22; XXXVII 43; Herodian I 14, 9; II 12, 4; VII 10, 2.

7) *τὸ βουλευτικόν* solum bis apud Plutarchum invenitur.

8) IG. XIV 2418, 1, diptychum, si modo ad senatum Romanum pertinet.

9) Cf. Plut. Agis 11; Polyb. VI 45, 5. 10) AR. II 14.

ortae sunt, prima de Magnae Graeciae civitatibus sumpta, altera, quae in rebus publicis Graecis omnibus usurpabatur, appellatio generalis, tertia apud populos aliquos, imprimis ut videtur Achaeos et Aetolos, reperta. Sed ex his appellationibus σύγκλητος sola in sermonem publicum recepta est.

Iam locutiones tractemus cum senatus appellationibus compositas indeque derivatas, quae in Graecis titulis et libris comparent. Nempe ut *senatus* per vocem σύγκλητος convertebatur, ita *senatus consultum* = δόγμα συγκλήτου reperitur, quae locutio primum occurrit in titulo ca. 564/190 scripto[1]), a quo tempore usque ad saeculum tertium in titulis atque apud scriptores saepe invenitur. Commemorandum est etiam vocabulum συγκλητικός, quo designabatur et *senator* et *senatorius*, quae prima significatio saepe apud scriptores et in titulo quodam anni 204[2]) comparet, altera cum apud scriptores passim tum in titulis aetatis imperatoriae inferioris, quamquam consanguinitatem vel affinitatem viri ordinis senatorii ostendere, quod saepe fit illo vocabulo, Graecorum magis quam Romanorum est, ut iam docuit Mommsen[3]).

Sed usitatissimae erant locutiones quoque de illo vocabulo βουλή derivatae, ut βουλευτής et βουλεύων = *senator* et βουλευτικός = *senatorius*, quae appellationes et per se positae et cum aliis vocibus coniunctae apud omnes scriptores reperiuntur. Et qualis βουλευτής, talis appellatio σύνεδρος, quae vocabulo συνέδριον respondet, et in civitatibus Graecis erat in usu[4]), pro *senator* apud Dionysium ac Diodorum invenitur. Denique fiat mentio appellationum duarum, quibus praeter alias *senator* Graece convertebatur, πρόβουλος ab Appiano et σύμβουλος ab eodem scriptore et Dionysio, quibus vocabulis saepe apud Graecos designabantur ii, qui erant in concilio summo rei publicae[5]).

Cum senatu coniunctus in monumentis antiquis Romanis comparet magistratus summus populi, sive *praetor* sive *consul*, is qui antiquitus *praetor maximus* appellabatur[6]), et quomodo vocabulum *senatus*, sic appellatio huius magistratus cum Graeco simili quodam aequabatur. Cum enim consul antiquitus *praetor* appellaretur, et praetor temporibus inferioribus pro collega consulis minore haberetur, in monumentis vetustis una eademque appellatio reperitur, qua convertebantur et *consul* et *praetor*, non nisi inter *praetorem maximum* et *praetorem* distinctione conservata. *Praetor* enim vocabulo στρατηγός, *praetor maximus* (*consul*) στρατηγὸς ὕπατος respondet[7]), quae appellationes

1) Insch. Magn. 93 a, b = Ditt.[2] 928. 2) CIL. III 14203[4] = Ditt.[2] 415. 3) StR. III 471 adn. 3. 4) Gilbert II 316.
5) πρόβουλοι Eretriae, Gilbert II 67; Corinthi id. II 90; Coresiae id. II 204; Corcyrae id. II 235. σύμβουλοι Thuriis, id. II 244. 6) Momms. StR. II 75.
7) Cf. Momms. StR. II 194 adn. 1, qui monet saeculo A. V. C. quinto, qua

saepissime in titulis cum rei publicae Romanae tum civitatum externarum saeculi a. Chr. n. alterius inveniuntur. Quae unde ortae sint iam est quaerendum. Constat quidem Graecis omnibus ab antiquis temporibus *στρατηγούς* fuisse, qui ut exercitibus praeerant, ita antiquitus potestatem civilem nullam habebant. Sed paulatim in multis civitatibus hi duces militares res publicas quoque administrare incipiebant[1]), ut aetate inferiore in aliquibus, ac praecipue in foederatis civitatibus magistratus summus esset *στρατηγός*, qui exercitui praeerat, unde vocabulum in magistratum Romanum translatum est. Et quamquam Mommsen coniecit[2]) vocabulum *στρατηγός*, quo *praetor* Graece converteretur, de re publica Neapolitana ut illud *σύγκλητος* sumptum esse, tamen neque tituli Neapolitani (cuius rei publicae magistratus summus *δήμαρχος* appellabatur) exsistunt, neque monumenta civitatis Graecae cuiuspiam in Italia sitae, in quibus magistratus summus *στρατηγός* nominetur. Unicus titulus[3]) Tauromenii urbis Siciliensis nobis conservatus est, quo fasti strategorum continentur; sed cum hi *στρατηγοὶ διὰ πέντε ἐτέων* appellentur, ullam similitudinem cum annuis magistratibus Romanis non offerunt. Cum vero in Graecia occidentali foederum Acarnanum et Aetolorum et praecipue Achaeorum magistratus summi, qui ut praetores Romani quotannis creabantur, *στρατηγοί* appellati sint, mihi quidem videtur de iis vocabulum *στρατηγός* in praetorem Romanum esse translatum. Nam has res publicas iam saeculo a. Chr. n. tertio Romanis cognitas fuisse ex eo apparet, quod bello Illyrico anno 526/228 ad Achaeos et Aetolos legatos misit consul Romanus[4]). Quin etiam legimus paullo post Alexandri Epirotae regis mortem, qui circa a. 494/260 diem supremum obiit, implorantibus Acarnanibus Romanos ad Aetolos legatos misisse[5]). Profecto Graecum munus multas similitudines cum praetura Romana (sive consulatu) prae se fert. Nam apud Achaeos antiquitus duo erant *στρατηγοί* quotannis a comitiis creati, qui rem publicam administrarent[6]). Postea collegio abolito unius erat strategi concilium summum convocare et convocato praesidere, eius decreta exsequi,

---

aetate hae appellationes in usum venerunt, Romanos non distinxisse nisi inter *praetorem maximum* et *praetorem*. Contra haec disputat Büttner-Wobst (Jahrb. f. Philol. CXLV [1892] 166 seqq.), qui negat ὕπατος adiectivi loco usurpatum esse, et contendit nomen *στρατηγὸς ὕπατος* praetorem maximum non significare, sed compositam locutionem esse, qua exprimatur imperium consulis utrumque, voce *στρατηγός* ad *imperium militiae*, ὕπατος ad *imperium domi* spectante, atque idcirco ambas consulis appellationes, et illam in bello usitatam *praetor* = *στρατηγός*, et illam in pace solitam *consul* = ὕπατος continere. Sed quo modo factum sit ut vocabulum ὕπατος *eum qui imperium domi habet* sive *consulem* significet non docet, et mihi quidem nihil probare videtur.

1) Gilbert II 230. 2) StR. III 646 adn. 2. 3) IG. XIV 421.
4) Polyb. II 12, 4. 5) Justin. XXVIII 1. 2.
6) Polyb. II 43; Strab. VIII 385.

negotia cum civitatibus externis conficere, ad summum rem publicam totam administrare[1]). Quae omnia magistratui Romano adeo respondent, ut Livius στρατηγός per vocabulum *praetor*, non per vocem militarem generalem *dux* reddiderit[2]). Appellatio igitur στρατηγός pro vocabulo sollemni quo designaretur *praetor* habebatur et hoc sensu usurpatur in senatus consulto de Magnetibus circa a. 564/190 scripto[3]), a quo tempore in omnibus titulis et apud omnes scriptores usque ad aetatem Byzantinam comparet. Item στρατηγὸς ὕπατος pro *praetor maximus* (consul) cum in epistula Flaminini ad Cyretenses inter annos 558/196 — 560/194 data[4]) tum in plebiscito Lampsacenorum anni 558/196[5]) invenitur. Atque quod in titulo huius aetatis Asiatico hoc fit quantopere iam saeculo a. Chr. n. altero ineunte haec appellatio pro vocabulo sollemni habita sit nos docet[6]). Sed non nisi in monumentis saeculi alterius appellatio exsistit, quae postremo nobis occurrit sive in senatus consulto anni 618/136[7]) sive in titulo Cretensi a. 616/138 aut 622/132 scripto[8]). Etenim iam in senatus consulto anni 584/170[9]) usurpata est forma brevior ὕπατος, quae hic primum reperta ab hoc tempore usque ad aetatem infimam ubique comparet, ut vocabulum unicum fuerit, quo recte *consul* Graece redderetur. Sed primum eam vocem pro forma breviore appellationis στρατηγὸς ὕπατος habitam esse ex eo apparet, quod in senatus consulto anni 618/136 supra commemorato initio στρατηγὸς ὕπατος, deinde ὕπατος appellatur *consul*. Simili modo in illo Cretensi titulo στρατηγὸς ὕπατος initio, postea στρατηγός pluribus locis comparet. Sed haec appellatio στρατηγός consulis alibi non reperitur, nisi forte apud Polybium, qui ut hac voce de consule saepe usus est, ita non nisi de consule qui exercitui praefuerit[10]). De *praetore* quidem dictum apud Polybium raro invenitur vocabulum nudum στρατηγός, saepius aut locutio composita στρατηγὸς ἑξαπέλεκυς, ut etiam apud Diodorum[11]) et semel apud Appianum[12]), aut vox ἑξαπέλεκυς per se posita, qua, ut opinari videtur Mommsen[13]), appellatio *praetor sexfascalis* Graece convertatur et vocabulum anceps στρατηγός accuratius definiatur, sicut in glossariis

1) De muneribus strategi Achaeorum cf. Gilbert II 110, Busolt 355; de strategis Aetolorum cf. Gilbert II 27, Busolt 368.

2) Cf. Liv. XXXVI 11, 8 praetorem (Acarnanum) penes quem tum summa potestas erat. Id. XXXV 25, 7 Philopoemen praetor Achaeorum. Id. XXXVIII 4, 8 praetor Aetolorum. 3) Insch. Magn. 93 b — Ditt.[2] 928.

4) CIG. 1770 — Ditt.[2] 278. 5) Ath. Mitt. VI 96, 212 — Ditt.[2] 276.

6) Non sane *consul* sed *proconsul* tunc erat Flamininus, sed Graecos inter magistratum et imperium prorogatum non distinxisse monent Mommsen Eph. Epigr. I p. 223 seqq. et Dittenberger ad Syll.[2] 275. 7) CIG. 2905 — Ditt.[2] 315.

8) CIG. 2561 b add. II p. 1100 — Ditt.[2] 929. 9) IG. VII 2225 — Ditt.[2] 300.

10) Idem Mentz Magg. Appell. p. 12.

11) Apud eum sane de *propraetore* agitur. 12) Syr. 15.

13) StR. II 197 adn. 5.

fit, ubi *στρατηγὸς Ῥώμης*, et in titulis, ubi *στρατηγὸς δήμου Ῥωμαίων* comparet, quibus additamentis praetor Romanus a stratego rei publicae Graecae distinguatur.

A vocabulis sollemnibus *ὕπατος* et *στρατηγός* ductae sunt locutiones compositae et derivatae sicut a vocibus Latinis *consul* et *praetor*. Quarum locutionum antiquissima est illa *ὕπατος ἀρχή* = *consulatus*, quae saepe apud Polybium, deinde apud omnes scriptores inferioris aetatis, et semel in monumento Ancyrano[1]) comparet. In qua appellatione, sicut in *στρατηγὸς ὕπατος*, vox *ὕπατος* pro adiectivo habita esse videtur[2]), ut *ὕπατος ἀρχή* ad verbum sit *magistratus summus*[3]), qui usus rursum nobis occurrit in locutione Iosephi ac Lydi *ὕπατος τιμή* = *consulatus*. Quomodo autem apud Graecos pro strategi munere usurpabatur *στρατηγία*[4]), quo vocabulo *praeturam* designabant rerum Romanarum scriptores Plutarchus et Cassius Dio, ita voce *ὑπατεία* convertebatur *consulatus* et apud scriptores, qui post Polybium scripserunt, Dionysium aliosque, et in monumento Ancyrano, nusquam tamen in titulis nisi aetatis infimae[5]). Praeterea *στρατηγικός*, quo designatur *id quod ad στρατηγόν pertinet*, pro adiectivo *praetorius* et praecipue pro locutione *vir praetorius* in usum venit, et ad hanc similitudinem formata est vox *ὑπατικός*, qua *consularis* redderetur. Usu cotidiano probabantur verba etiam temporalia *στρατηγεῖν* et *ὑπατεύειν* pro *gerere* aut *praeturam* aut *consulatum*, quorum participia *στρατηγῶν* et *ἐστρατηγηκώς* pro *praetor* et *praetorius*, *ὑπατεύων* et *ὑπατευκώς* pro *consul* et *consularis* saepissime usurpabantur. Atque ut pro locutionibus *pro consule* et *pro praetore* Graeci dicebant *ἀνθ' ὑπάτου* et *ἀντὶ στρατηγοῦ*, ita ortae sunt appellationes *ἀνθύπατος* = *proconsul* et *ἀντιστράτηγος* = *propraetor*, quarum altera ubique in titulis et apud scriptores invenitur, imprimis autem in titulis aetatis imperatoriae, quo designetur *proconsul provinciae senatoriae*, altera non modo per se ponitur, ut saepe in titulis et apud scriptores, sed etiam cum vocabulis aliis coniungitur, praecipue in iis locutionibus, quibus Graece convertebatur *legatus pro praetore*. Nam quo modo vocabulum Latinum *legatus* cum Graeco *πρεσβευτής* aequabatur, quo appellabatur haud solum legatus a senatu missus[6]), sed etiam ducis sive consulis sive praesidis[7]), sic Graece reddebatur locutio *legatus pro praetore* per

1) Gr. VII 15, ubi Mommsen sane *τὴν ὑπάτων ἀρχήν* scribere vult.

2) *ἡ ὕπατος ἀρχή* semper invenitur. Semel nobis occurrit *ἡ ὑπάτη ἀρχή* in Posidonii epigrammate apud Plut. Marc. 30.

3) Apud scriptores reperitur saepe *ἀρχή* pro *consulatus*, etiam *ἡ ἐπώνυμος ἀρχή* in titulo metrico (IG. XIV 1389 = CIG. 6280 b) et aliquando apud Appianum et Herodianum comparet. 4) E. g. Strategia Achaeorum, Polyb. X 22, 9.

5) In titulo anni 287 (IGR. III 711) et in multis aetatis Byzantinae reperitur.

6) Cf. titulos BCH. VI 356 = Ditt.[2] 307; Insch. Magn. 105. 123; CIG. 2905 = Ditt.[2] 315; CIG. 2561 b = Ditt.[2] 929 et alios.

7) Cf. tabulas huic dissertationi appositas s. v. *Legatus*.

πρεσβευτὴς ἀντιστράτηγος aut πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος, et *legatus Augusti pro praetore* per πρεσβευτὴς Σεβαστοῦ ἀντιστράτηγος aut πρεσβευτὴς Σεβαστοῦ καὶ ἀντιστράτηγος, in quibus appellationibus nomen imperatoris pro vocabulo Σεβαστός aliquando substituebatur[1]). Et ut ὕπατος, ita etiam ἀνθύπατος pro adiectivo habebatur, quare et ἀνθύπατος ἀρχή et ἀνθύπατος ἐξουσία apud scriptores comparent, quin etiam appellatio στρατηγὸς ἀνθύπατος, ad vocabuli στρατηγὸς ὕπατος similitudinem formata, pro *proconsul* sive *praetor pro consule* in quibusdam titulis invenitur[2]). Quod ad locutiones derivatas attinet, reperimus ἀνθυπατεία = *proconsulatus*, ἀνθυπατικός = *proconsularis*[3]), ἀνθυπατεύειν = *proconsulatum gerere*, cuius verbi participia ἀνθυπατεύων et ἀνθυπατεύσας usitatissima erant.

Iam de magistratibus minoribus tribuno plebis, aedili, quaestore pauca verba facienda sunt, quod hi quoque cum magistratibus Graecis aequabantur. Ac primum quidem in titulo anni 561/193[4]) *tribunus plebis* vocabulo δήμαρχος redditus est, quod postea in titulis et apud scriptores temporum omnium comparet[5]) Quam appellationem, aeque atque illam σύγκλητος, de re publica Neapolitana sumptam esse a Romanis iam docuit Mommsen[6]). Nam in aliis civitatibus Graecis non magistratus populi, sed is qui *demo* sive pago praeerat[7]), Neapoli autem magistratus summus rei publicae erat δήμαρχος, ut alio loco docuit Mommsen[8]). Cum autem Neapoli δήμαρχος esset, qui populo praeerat, Romae is qui plebi, hoc sane discrimen non fuit magnum, quod temporibus quidem antiquis voce δῆμος Graece reddebantur et *populus* et *plebs*[9]), atque a Dionysio aetatisque inferioris scriptoribus vocabulum δῆμος pro *plebs* aeque ac πλῆθος et ὄχλος usurpabatur[10]). Ceterum de appellatione δήμαρχος, sicut de illis ὕπατος et στρατηγός, derivata sunt et nomen muneris ipsius et verbum temporale atque adiectivum ad id pertinentia; *tribunatus plebis* voce δημαρχία, *tribunus* vel *tribunicius (vir)* participiis δημαρχῶν vel δεδημαρχηκώς convertebantur; sed praeter omnia commemorandum est vocabulum δημαρ-

---

1) Etiam appellatio ἡγεμὼν ἀντιστράτηγος in titulo Ephesio (ad Le Bas III 1842 a) comparet.

2) Cf. etiam Plut. Mar. 34 ubi στρατηγὸς ἀνθύπατος *ducem proconsulari imperio praeditum* designare videtur.

3) In solis glossariis; sed cf. ἀνθυπατικὴ ἐξουσία = *proconsulare imperium* apud Cassium Dionem LVIII 7.

4) CIG. 3045 = Ditt.[2] 279.

5) Sicut appellationem στρατηγὸς δήμου Ῥωμαίων ad confusionem cum stratego Graeco vitandam usurpabatur, ita δήμαρχος δήμου Ῥωμαίων in titulis duobus (IGR. III 188. 249) reperimus.

6) StR. III 145 adn. 2 et 646.

7) Ut δήμαρχος Athenis cf. Gilbert I[2] 227 et in insula Co id. II 307.

8) CIL. X p. 171 seqq.

9) Cf. Mommsen StR. III 145 sq.

10) ὅμιλος, quod vocabulum saepe apud Cassium Dionem invenitur, plebem aetatis imperatoriae (i. e. senatui et equitibus oppositam) significat, ut monuit Mommsen StR. III 146 adn. 1.

*χικός* = *tribunicius*, quod passim in titulis imperatorum cum voce *ἐξουσία* coniunctum comparet, ut locutio *tribunicia potestate* per *δημαρχικῆς ἐξουσίας* semper redderetur[1].

Pro *aedilis* apud Polybium[2]) invenitur appellatio *ἀγορανόμος*, quae aeque ac *δήμαρχος* de Neapolitanis sumpta esse videtur[3]. Quamquam enim in omnibus civitatibus Graecis antiquis *ἀγορανόμοι* curae fororum (= *ἀγορά*) praesidebant[4]), cum quibus Dionysius aediles Romanos comparavit[5]), et tanta quidem est similitudo inter munus Graecum *ἀγορανομία* et aedilitatem Romanam, ut inde hanc ortam fuisse coniecerit Mommsen[6]), praecipue tamen in rebus publicis Magnae Graeciae eminebant *ἀγορανόμοι*, qui saepissime Neapolitanis in titulis nobis occurrunt[7]), quare de re publica Neapolitana sumptum esse hoc vocabulum verisimile est. Appellatio *ἀγορανόμος* igitur pro vocabulo sollemni, quo designaretur aedilis, aetate quidem superiore habebatur, sed scriptores antiqui inter *aedilem curulem* et *aedilem plebis* non distinguebant. Nam apud Polybium *aedilis curulis*, apud Dionysium vero *aedilis plebis*, per nudum vocabulum *ἀγορανόμος* reddebatur, itemque in titulis, in quibus haec vox comparet (qui sunt omnes aetatis imperatoriae), raro discerni potest uter aedilis significetur. Distinctionem facere conatus est primus Plutarchus, apud quem invenitur *ἀγορανόμος τῆς ἐπιφανεστέρας τάξεως* pro *aedilis curulis*[8]), sed melius distinguebat Cassius Dio inter vocabulum *aedilis plebis*, quod per *ἀγορανόμος ὁ καταδεέστερος* et *ἀγορανόμος τοῦ πλήθους*, et *aedilis curulis*, quod per *ἀγορανόμος ὁ ἀμείνων* et *ἀγορανόμος κουρούλλιος* reddebat, quae altera appellatio in titulis quoque Ti. Claudii Frontini Nicerati aetatis M. Aurelii[9]) invenitur.

Quaestor Romanus *ταμίας* appellatus est iam in illo plebiscito Lampsacenorum, ubi quaestor classis commemoratur, et vocabulum rursus occurrit in senatus consultis saeculi a. Chr. n. alterius medii[10]) et anni 618/136[11]), qua ab aetate usque ad tempora imperatoria infima passim et in titulis et apud scriptores invenitur. Quae appellatio quin de Graecis sumpta sit, minime est dubium; nam in omnibus rebus publicis Graecis erant *ταμίαι*, quorum munera quaestoriis similia

1) Uno in titulo aetatis L. Veri (BCH XX 155) vocem *δήμαρχος* = *tribunicia potestate* invenimus. Quo cum usu conferendus est *δήμαρχος εἰς ἀεί*, Appian. BC V 132; Cass. Dio LIII 32. 2) Polyb. X 4, 6; 6, 3.

3) Mommsen StR. III 646 adn. 2.

4) De agoranomorum muneribus cf. Gilbert II 331. 5) AR. VI 90.

6) StR. II 497 adn. 1.

7) Cf. titulos Neapolitanos, CIL. X 1490 = IG. XIV 758; IG. XIV 896. 897. 897a, omnes sane saeculi p. Chr. n. primi, nec non titulos Acrorum Siciliae IG. XIV 209. 211. 212 (fastos agoranomorum) et alios Siculos.

8) Plut. Marc. 2 9) IG. IV 588 et CIG 1327.

10) BCH. VI 356 = Ditt.[2] 307. 11) CIG. 2905 = Ditt.[2] 315.

erant[1]), qua autem de civitate petita sit, statuere non est facile. Ut enim Mommsen eam aeque ac *σύγκλητος* et *δήμαρχος* de re publica Neapolitana sumptam esse coniecit[2]), ita in titulis Neapolitanis nusquam commemoratur *ταμίας* quidam, saepius vero in titulis Tauromenii atque Agrigenti urbium Siciliae[3]). Sed cum in omnibus civitatibus Graecis hic honor exstiterit, de appellationis origine nihil constitui potest. Id solum commemorandum est, apud Aetolos magistratum quendam *ταμίας* esse appellatum[4]), quare fieri potest, ut Romani hanc appellationem aeque atque illam, qua designaretur alter magistratus pristinus, *praetor*, de civitatibus foederatis Graeciae occidentalis sumpserint. Atque ut supra vidimus iam in monumento anni 658/196 commemoratum esse *quaestorum classis*, qui Graece *ὁ ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ ταμίας* appellabatur, ita vocabuli *ταμίας* sunt hae aliae locutiones compositae: pro *quaestor urbanus* invenimus in tribus senatus consultis saeculi a. Chr. n. primi[5]) *ὁ ταμίας ὁ κατὰ πόλιν*, et pro *quaestor pro praetore ταμίας ἀντιστράτηγος*, frequentius tamen *ταμίας καὶ ἀντιστράτηγος*, quae appellationes in titulis cum aetatis liberae tum aetatis imperatoriae comparent. Deinde eodem modo formatae ac *στρατηγία*, *δημαρχία*, *δημαρχεῖν*, *ἀντιστράτηγος* aliaeque, hae locutiones a vocabulo *ταμίας* derivantur: *ταμιεία* et *ταμιευτικὴ ἀρχή* = *quaestura*, *ταμιεύειν* verbum temporale eiusque participia, *ἀντιταμίας* = *proquaestor*. Denique mentio fiat vocis *ταμιεῖον* (sive *ταμεῖον*), quae et per se posita et cum aliis coniuncta in titulis et apud scriptores reperitur; quae cum aetate rei publicae liberae *aerarium* (etiam *τὸ δημόσιον ταμιεῖον*, *τὸ κοινὸν ταμιεῖον*) significet, aetate imperatoria *fiscum Caesaris* (etiam *ταμεῖον Καίσαρος*, *τὸ ἱερὸν ταμεῖον*, *τὸ ἱερώτατον ταμεῖον*) indicat.

Iam cum vocabula sollemnia, quibus magistratuum annuorum pristinorum nomina Graece convertebantur, per comparationem cum institutionibus Graecis similibus orta esse demonstrare conatus sim, paragraphis sequentibus de appellationibus magistratuum extraordinariorum, eorumque qui temporum inferiorum sunt, pauca sunt addenda. Primum quidem vocem *dictator* ut per meram transcriptionem vulgo Graece redditam esse infra docebitur, ita per comparationem Graece convertere conati sunt Polybius et Diodorus. Nam apud utrumque et *στρατηγὸς αὐτοκράτωρ* et *αὐτοκράτωρ* pro *dictator* inveniuntur[6]);

1) De muneribus tamiarum Graecorum aetatis inferioris cf. Gilbert II 333.
2) StR. III 646 adn. 2.
3) Fasti tamiarum Tauromenitorum IG. XIV 423—430. Magistratus idem in decreto Agrigentorum IG. XIV 952 reperitur. 4) Cf. Ditt.² 295 et Busolt 369.
5) S. C. de Asclepiade et sociis IG. XIV 951 = CIG. 5819, S. C. Aphrodisiade repertum Le Bas III 1627, S. C. apud Ioseph. AI XIV 219.
6) *αὐτοκράτωρ στρατηγός* Polyb. III 86, 7; 87, 6. *στρατηγὸς αὐτοκράτωρ* Diodor. XIX 76, 3. *αὐτοκράτωρ* Polyb. III 87, 9; 103, 4; Diodor. XII 64, 1 et al.,

[redacted]



quibus appellationibus cum Graeci ducem extraordinarium imperio infinito praeditum designarent, *στρατηγὸς αὐτοκράτωρ* comparet non solum saeculo a. Chr. n. quinto Athenis, ubi appellatio orta est, sed etiam aetate inferiore, cum Philippus et Alexander reges Macedonum a conciliis communibus Graecorum *στρατηγοὶ αὐτοκράτορες* creati sint[1]). Itaque in rebus Romanis quoque hoc nomine non solum dictator sed etiam dux cum imperio militari[2]) (etiam Pompeius imperio infinito praeditus[3])) et semel[4]) princeps designati sunt. Sed quomodo pro vocabulo *στρατηγὸς ὕπατος* in usum venisse formam breviorem *ὕπατος* supra vidimus, sic invenitur raro *στρατηγὸς αὐτοκράτωρ*, saepissime tamen *αὐτοκράτωρ*, quae vox non solum pro *dictator*, ut apud illos duos scriptores, sed etiam pro *imperator* in usu erat; et haec altera significatio saepe nobis occurrit pariter in titulis atque apud scriptores[5]). *Αὐτοκράτωρ* enim usurpabatur cum de duce, qui aetate rei publicae liberae *imperator* acclamatus erat[6]), tum de ipso *principe* aetatis inferioris, sive, ut apud scriptores, generalis appellatio erat, sive, ut in titulis, praenomen aut *imperator acclamatus*, ut *αὐτοκράτωρ* vocabulo Latino *imperator* prorsus responderet. Et quomodo *ὕπατος*, ita *αὐτοκράτωρ* pro adiectivo in usu erat, et utramque appellationem cum voce eadem compositam reperimus. Nam locutio *αὐτοκράτωρ ἀρχή* semel pro *dictatura*[7]), saepe pro *imperium imperatoris* (principis) invenitur, etsi hoc vocabulum, sicut *consulatus* = *ὑπατεία*, per vocem *αὐτοκρατορία* quoque Graece redditum esse unum exsistat exemplum[8]).

Ut vox *dictator* per comparationem Graece reddi non posse videbatur, ita quod ad vocabulum *magister equitum* attinet, res aliter se habebat. Nam erat apud Graecos magistratus, quocum is aequari posset, et iam apud Polybium[9]) comparet *ἱππάρχης* = *magister equitum*, quae appellatio *ἱππάρχης* (sive *ἵππαρχος*) apud omnes scriptores usque ad tempora infima invenitur. Qui magistratus *ἵππαρχος* cum per totam Graeciam exstiterit, qua de re publica appellatio sumpta sit non facile statui potest; nam Athenis saeculo a. Chr. n. quinto erant hipparchi duo qui equitatui praeessent[10]), et temporibus inferiori-

---

etiam titulus Caesaris dictatoris (CIG. 2214g), si a Boeckhio recte legitur, quod mihi dubium est, cum nullo in alio titulo reperiatur *αὐτοκράτωρ* = *dictator*.

1) Cf. Busolt 241 et Szanto ap. P.-W. II 2599.

2) Apud Plutarchum, Appianum, Cassium Dionem.

3) Apud Appianum et Cassium Dionem. Cf. *ὁ τῆς ἀγορᾶς αὐτοκράτωρ* = praefectus annonae imperio infinito, Appian BC. II 18. 4) Ioseph. AI. XIX 249.

5) Etiam reperimus vocabulum *αὐτοκράτωρ* cum aliis vocibus coniunctum, ut *αὐτοκράτωρ τοῦ πολέμου* = dictator apud Diodor. XIX 76, 2, et *αὐτοκράτωρ ἐντελής* = dux cum imperio militari (?) apud Appian. Mith. 94.

6) Primum in S. C. inter annos 664/90—672/82 (BCH. XIII 508) scripto invenitur. 7) Appian. BC. I 16. 8) Ioseph. AI. XIX 351. 9) III 87, 2.

10) Busolt 248, 312.

bus in civitatibus permultis erat magistratus annuus *ἵππαρχος*[1]), praecipue in foederatis Graeciae occidentalis[2]), ubi munere, quod erat strategia excepta summum, fungebatur, ut de iis sumptum esse vocabulum quo designaretur magister equitum Romanus iure conici possit.

At eodem modo locutio *decemviri legibus scribendis* per aequationem facile Graece reddi poterat. Nam Athenis et saeculo a. Chr. n. quinto exeunte creati sunt *νομοθέται* qui leges constituerent[3]), et idem munus cum appellatione eadem anno 318 a Chr. n. a Demetrio Phalereo accipiebatur[4]). Et apud Aetolos temporibus inferioribus magistratus erant extraordinarii *νομογράφοι*, quorum erat leges in tabulas publicas referre[5]). Quarum appellationum altera apud Dionysium, Diodorum, Lydum, altera apud Diodorum solum comparet, qua *decemviri legibus scribendis* designentur.

Iam nos vertamus ad appellationes, quibus Graeci magistratus moribus et securitati publicis praefectos indicabant[6]) — *ἀστυνόμος* et *πολιανόμος*, quibus utitur Cassius Dio, altera ut *praetorem urbanum*[7]), altera ut *praefectum urbis*[8]) designet. Sed aliam appellationem — *πολίαρχος* — usurpat scriptor idem pro *praefectus urbis*, et pro illo extraordinario rei publicae liberae, et pro illo perenni aetatis imperatoriae, quae utrum de Graecis sumpta an per translationem orta sit nescio. Nam nusquam per totam Graeciam magistratus *πολίαρχος* occurrit nisi in urbe Thessalica Phalanna[9]), cuius in titulo quodam comparent *πολίαρχοι* quinque, et fieri potest, ut Cassius Dio de magistratu simili, qui ut illi erat notus, ita nobis non conservatus est, hoc vocabulum sumpserit.

Aeque est dubia origo appellationis *ἐπιμελητής*, qua et in titulis et apud scriptores designabatur *curator*; ut *ἐπιμελητὴς τοῦ σίτου* = *curator annonae* et *curator frumenti*, *ἐπιμελητὴς ἔργων δημοσίων* = *curator operum publicorum*, *ἐπιμελητὴς ὁδῶν* = *curator viarum*[10]), aliique. Sed ut Athenis saeculo a. Chr. n. quinto erant *ἐπιμεληταί* omnium generum, ut *ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου*[11]), *ἐπιμεληταὶ τῶν νεωρίων*[12]), *ἐπι-*

---

1) Cf. Gilbert II 329. 330.

2) *ἵππαρχος* Achaeorum, Ditt.² 229, 7, cf. Polyb. V 95; X 22—23; XXVIII 6 et 8; Aetolorum, Ditt.² 425, 35; 923, 2; BCH. VI 461, cf. Polyb. XXII 13, 10 = Liv. XXXVIII 11, 7 ubi *praefectus equitum* appellatur. 3) Busolt 187.

4) id. 188. 5) id. 372 et adn. 2. 6) Gilbert II 332.

7) *ἀστυνόμος* = *IVvir viis in urbe purgandis* apud Papinianum Dig. XLIII 10 comparet, si sequimur Mommsenum, StR. II 603 adn. 4.

8) De praefectis iis, qui a. 709/45 a Caesare dictatore creati sunt.

9) Collitz, Dialekt-Inschriften n. 1330, cf. Busolt 74.

10) Etiam commemorandum est collegium IVvirorum viis in urbe purgandis, qui *ἐπιμεληταί* Graece appellabantur, ut in locutionibus *τεσσάρων ἀνδρῶν ὁδῶν ἐπιμελητής* et [*ἀρχὴν ἄρξας*] *δ' ἀνδρῶν ὁδῶν ἐπιμελητής* quae in titulis comparent, et *οἱ τέσσαρες οἱ ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι*, qua utitur Cassius Dio (LIV 26) 11) Busolt 245. 12) id. ib.

*μεληταὶ τῶν κακούργων*[1]), et alii, ita ab his collegia singula constituebantur, ut etiam illi *ἐπιμεληταὶ τῶν ξένων*[2]) in insula Rhodo. Contra epimeletae singuli nonnulli exsistebant, ut *ἐπιμελητὴς κρηνῶν* Athenis[3]), et ille extraordinarius *ἐπιμελητὴς τοῦ τε ἱεροῦ καὶ τῆς πόλεως* ab Aetolis Delphos missus[4]). Sed unde appellatio in curatorem Romanum translata sit dici non potest.

Denique de appellationibus agendum est, quibus Graece reddebatur vocabulum *legatus* — *σύμβουλος* et *ὑποστράτηγος* — quarum utraque apud scriptores reperta de Graecis sumpta est. Ducibus enim Lacedaemoniis saepe aderant *σύμβουλοι*, qui adiutores et consilarii ad bellum gerendum essent[5]), eorumque munus cum officiis legati Romani ita congruebat, ut vocabulum facile transferretur. Et *ὑποστράτηγος* sive *adiutor strategi* reperitur apud Graecos, nempe in insula Teno[6]), et praecipue apud Achaeos, quorum exercitus parti praeerat[7]). Praeterea appellatio *ὕπαρχος* pro *legatus* apud Appianum et Cassium Dionem comparet, qua etiam apud Graecos designabatur ducis adiutor[8]). Quare prorsus perverse a Lydo et in titulo Pisidico aetatis Byzantinae[9]), ut videtur, pro *praefectus* usurpabatur, ut in locutionibus *ὕπαρχος τῆς αὐλῆς* = *praefectus praetorio*, *ὕπαρχος πόλεως* = *praefectus urbis* aliisque. Nam vocabulum *praefectus* per interpretationem *ἔπαρχος* rectius redditum esse infra docebitur.

De magistratuum appellationibus cum disputatum sit, iam pauca sunt afferenda de populi ordinibus et divisionibus, quorum nomina et ipsa per comparationem Graece convertebantur. Iam supra vidimus vocem *δῆμος* cum pro *populus* tum pro *plebs* esse usurpatam, atque haud solum per *δῆμος* sed etiam per *πλῆθος* indicatos esse homines ordinum inferiorum[10]). Eodem modo pro *plebeius* inveniuntur apud scriptores vocabula *δημότης* et *δημοτικός* et per se posita et cum aliis coniuncta; ut *ὁ δημότης λεώς* et *ὁ δημότης ὄχλος*, sive *τὸ δημοτικὸν* et *τὸ δημοτικὸν γένος* et *τὸ δημοτικὸν πλῆθος* = *plebs*, *ἀνὴρ δημότης* et *ἀνὴρ δημοτικός* = *vir plebeius*, quae appellationes etiam apud Graecos in usu erant[11]).

Vocabulum *patricius*, quamquam vulgo per transcriptionem, tamen saepissime per comparationem Graece reddebatur. Nam de Atheniensibus sumptam esse appellationem *εὐπατρίδης* Dionysius docet[12]). Atque hac voce designabatur *patricius* non solum apud illum et scriptores aetatis inferioris, sed etiam in titulis duobus Herodis Attici eiusque filii[13]). Graecae originis praeterea est vocabulum *εὐγενής* = *patricius* quod reperitur in glossariis aliquando, raro apud scriptores; etenim

1) Busolt 233. 2) Gilbert II 180. 3) Busolt 245. 4) Gilbert II 411. 5) Busolt 113. 114. 6) Gilbert II 207. 7) Busolt 361 et adn. 3. 8) Cf. Polyb. V 70, 10. Sed pro vocabulo sollemni vix habebatur, ut illud *ἔπαρχος* (cf. infra p. 25. 26). 9) IGR. III 435. 10) Busolt 44. 11) id. 34. 12) AR. II 8. 13) IG. XIV 1392 = Ditt.[2] 399 et Ditt.[2] 400.

in civitatibus Graecis *εὐγενεῖς* appellabantur homines nobiles, qui popularibus (*δημόται*, *δημοτικοί*) erant oppositi[1]. Itaque etiam *εὐγένεια* = *patriciatus* apud Plutarchum et Cassium Dionem comparet.

Vocabulum *senatorius* vocibus *συγκλητικός* et *βουλευτικός* de appellationibus senatus derivatis Graece redditum esse supra docui. Non minus per comparationem convertebantur locutiones, quae ad *dignitatem equestrem* pertinent. Nam in rebus publicis Graecis multis, imprimis apud Athenienses et Achaeos, erat ordo census certi, cuius sodales *ἱππεῖς* appellabantur[2]. Et item vocabulum sollemne, quo designabatur *eques Romanus*, ad exemplum Graecum compositum est; nam sicut populus Romanus nusquam *ὁ δῆμος Ῥωμαῖος*, semper tamen *ὁ δῆμος Ῥωμαίων* appellabatur, ita nusquam *ἱππεὺς Ῥωμαῖος*[3], semper *ἱππεὺς Ῥωμαίων* reperitur, quae appellatio passim in titulis inde ab anno 725/29 comparet[4]. Vox *ἱππεύς* autem per se posita non nisi apud scriptores invenitur, in locis ubi equitem Romanum i. e. ordinis equestris hominem intellegendum esse e rerum conexu patet[5]. Sed saepe, ne significatio dubia sit, vocis *ἱππεύς* locutiones compositae tales comparent; *οἱ καλούμενοι ἱππεῖς*, *οἱ λεγόμενοι ἱππεῖς*, *οἱ μέγιστοι ἱππεῖς*, *ἱππεῖς ἐντελεῖς*, *ἱππεῖς τοῦ τέλους*, quibus designentur equites ordinis, non equitatus militaris. Vocabulum quoque *ἱππικός* = *eques Romanus* multo in usu et in titulis et apud scriptores erat. Deinde, quod ad vocabulum *ordo equester* attinet, variis locutionibus Graece convertebatur, quarum omnium frequentissima est *τὸ ἱππικὸν τάγμα*, quae in monumento Ancyrano[6] et titulo quodam aetatis imperatoriae[7] et apud scriptores aliquos[8] occurrit. Et vocum *τάξις* et *τέλος* exstant hae locutiones compositae: *ἱππικὴ τάξις*, *ἱππὰς τάξις*, *τὸ ἱππέων τέλος*, *ἡ ἱππὰς τὸ τέλος* = *ordo equester*, omnes apud scriptores[9]. Quibus addendum est vocabulum *ἡ ἱππάς* ubique a Cassio Dione usurpatum.

De Graecis sumptae sunt eae quoque appellationes, quibus partes, in quas populus totus dividebatur, scriptores designabant. Nam pro vocabulis *curia* et *curiales* usurpabant scriptores *φρατρία*[10] et *φράτρεῖς* sive *φρατριασταί*, pro *tribus* et *tribulis* *φυλή* et *φυλέτης*[11], quae

1) Busolt 34.

2) *ἱππεῖς* Athenienses IG. II 6 = Ditt.[2] 61; IG. II 49 = Ditt.[2] 83; IG. I Suppl. 59b = Ditt.[2] 108; IG. II 1217 = Ditt.[2] 165; cf. Busolt 138 et adn. 6. *ἱππεῖς* Achaici Ditt.[2] 274; cf. Busolt 357 adn. 1.

3) Nam nihil probant tituli Ancyrani CIG. 4016 *ἱππέα Ῥωμαῖον*, CIG. 4017 *ἱππέα Ῥωμαῖ[ο]ν*, et titulus Lydius CIG. 3497 *ἱππέα Ῥω[μ]α[ῖο]ν*.

4) Primum invenitur in titulo Cornelii Galli a. 725/29 CIL. III 14147[5].

5) Ita Momms. StR. III 481 adn. 4. 6) Gr. XVIII 10. 7) CIG. 2803.

8) *τὸ ἱππικὸν τάγμα* apud Iosephum et Herodianum. *τὸ ἱππικόν* apud Cassium Dionem LXIII 18. 9) In uno titulo (IGR. III 615) invenitur *ἱππικὴ* [*τάξις*].

10) Apud Dionysium reperitur saepe forma *φράτρα*.

11) Etiam *φύλαρχος* = *curator tribus*.

appellationes sollemnes et constantes apud Graecos ortae sunt. Nam non solum Neapoli saeculo a. Chr. n. primo erant phratriae[1], sed etiam populi Graeciae dividebantur in *phratrias* et *phylas*, quae divisio existebat cum Athenis[2] tum Spartae, in qua re publica phratriae ex gentibus et phylae ex regionibus constitutae[3]) curiis et tribubus Romanis exacte respondebant. Denique vocem *λόχος*, quae pro *centuria* erat in usu, vocabulum militare ut Latinum, de Graecis sumptam esse infra demonstrabitur, ubi de rebus militaribus disseritur.

Appellationes, quibus comitia contionesque publicae a scriptoribus designabantur, cum institutionibus Graecis aequatae hae sunt: *ἀρχαιρεσίαι* (sive *ἀρχαιρέσια*) et *ἐκκλησία* = *comitia*, praeterea *ἐκκλησία* = *contio*. Sed apud Graecos vox *ἀρχαιρεσίαι* ipsam creationem magistratuum, sive ducum militarium ut Atheniensium[4], sive magistratuum annuorum ut Achaeorum Aetolorumque[5], designabat, *ἐκκλησία* vero et apud Athenienses et apud Achaeos Aetolosque pro populo in conventum sive ad creationem magistratuum sive ad negotium aliquid conficiendum convocato usurpabatur[6], cum scriptores rerum Romanarum inter conventum populi ad creationem habendam convocatum et ipsam creationem non ita accurate distinguerent. Quod ex eo magis apparet, quod praeter *comitia* etiam *concilium plebis* non solum *ἐκκλησία* sed etiam *ἀρχαιρεσίαι*[7] appellabatur, quamquam vocabulo *σύλλογος* ab aliis conventibus distinguere conatus est Cassius Dio. Sed *ἐκκλησία* = *contio*, ut supra dictum est, apud omnes scriptores comparet[8], glossariis exceptis, in quibus invenitur *δημηγορία* = *contio*, sicut *χειροτονία* et *ψηφοφορία* = *comitia* aliquando usurpant scriptores.

Inter comitia varia distinguebatur, sicut Latine, ita Graece, adiectivis de vocabulis, quibus designabantur partes populi, derivatis. Itaque *comitia curiata* per *ἡ φρατρικὴ ἐκκλησία* et *ἡ φρατριακὴ ψηφοφορία*, *comitia centuriata* per *ἀρχαιρεσίαι λοχίτιδες* et *ἡ λοχῖτις ἐκκλησία*, *comitia tributa* denique per *αἱ φυλετικαὶ ἀρχαιρεσίαι*, *ἡ φυλετικὴ ἐκκλησία*, *ἡ φυλέτις ἐκκλησία*, *ἡ φυλετικὴ ψηφοφορία* reddebantur. Etiam appellationibus magistratuum qui erant creandi distin-

---

1) Varro de L. L. V 85.

2) De phratriis et phylis Atheniensibus cf. Busolt 205. 207.

3) Busolt 100. Phylae Atheniensibus contra e multis ac variis demis compositae tribubus Romanis non similes erant. Multo similior tribui quidem erat *τριττύς*, sive pars tertia phylae Atheniensis, ex unius regionis incolis composita, quam cum tribu comparant Dionysius (II 7) et Cassius Dio (fr. 5, 8).

4) Cf. Aristot. Pol. Athen. 44.

5) Apud Achaeos Polyb. V 1, 7; apud Aetolos id. IV 27, 1; 67, 1.

6) *ἐκκλησία* Athenis cf. Busolt 257 seqq.; apud Achaeos id. 357; apud Aetolos id. 370 adn. 4.

7) Tunc modo cum de tribunorum creatione ageretur.

8) Per errorem usurpavit Plutarchus (Cic. 49) *ἀρχαιρεσίαι* — contio.

guebantur, ut *ὑπατικαὶ ἀρχαιρεσίαι* et *ὑπατικὴ ψηφοφορία* = *comitia centuriata*, *ἀγορανομικὰ ἀρχαιρέσια* = *comitia tributa*, *δημαρχικὰ ἀρχαιρέσια* = *concilium plebis*.

Iam de vocibus militaribus disserendum est, quod appellationes, quibus permultae Graece convertebantur, de ordinibus et ducibus exercituum Graecorum sumptae sunt, ut vocabulum *αὐτοκράτωρ* = *imperator* apud Graecos ortum esse iam pridem docui. Sed petebantur haec vocabula ut raro ab exercitibus antiquis, Atheniensi ac Spartano, ita sapissime a Macedonico, cuius ad exemplum exercitus non solum Graecorum omnium, sed etiam Aegyptiorum aetate inferiore instituebantur. Magis igitur est mirandum vocem *φάλαγξ* *legionem* non designare nisi apud scriptores aetatis imperatoriae infimae, Herodianum et Lydum, et in glossariis, cum apud ceteros compareant appellationes generales *στρατόπεδον*, *τάγμα*, *τέλος*. De legionis partibus vero res non ita se habet, nam de Macedonibus sumpta sunt vocabula *σπεῖρα*, *σημαία*, *λόχος*, *ἴλη*, quibus designabantur ordines militares. Quibus appellationibus sane diverse utebantur scriptores rerum Romanarum, prout dividebatur legio quibus quisque vivebat temporibus, quamquam apud Macedones quidem certus et constans usus erat. Itaque vocabulum *σπεῖρα* a Polybio pro *manipulus*, a scriptoribus et in titulis aetatis inferioris autem pro *cohors* usurpabatur[1]), et *ἴλη* ab illo pro *turma*, ab his pro *ala*, prout utraque aetate pedites aut in manipulos aut in cohortes, equites aut in turmas aut in alas dividebantur. Quae vocabula Polybius de institutionibus militaribus Macedonicis aetatis suae sumpsit; nam phalanx Macedonica ex spiris, equitatus ex ilis tum constituebatur[2]), quorum in utroque ordine certus hominum numerus continebatur, cum in rebus Romanis *σπεῖρα* et *ἴλη* primum pro *manipulus* et *turma*, deinde his ordinibus exoletis pro *cohors* et *ala* in usu erant. Sed haud accurate usus est Polybius vocabulis; nam praeter appellationes *σπεῖρα* et *ἴλη* comparent apud eum pro *manipulus* et *turma* etiam *σημαία* et *οὐλαμός*, qui ordines ut apud Macedones exsistebant, ita e militibus tam paucis constituebantur, ut manus minimae, altera peditum, altera equitum essent[3]). Et nihilo accuratius usi sunt scriptores vocabulo *λόχος*. Quae appellatio sane apud Graecos quoque haud certa erat, nam cum apud antiqu ordinem militarem maximum designaret, ut in exercitibus variis variae magnitudinis esset lochus[4]), in copiis mercenariis Atheniensium et in exercitu Macedonico minimus ordo erat lochus, qui homines continebat

1) Marquardt, Staatsverwaltung II 435.
2) Cf. Bauer, Griech. Kriegsaltertümer 444 et adn. 2. 450.
3) Cf. id. ib. Cum hac incuria conferendum est id quod apud Strabonem (XVII 797) pro *ala* comparet *ἱππαρχία*, qui ordo et ipse Macedonicus erat sed multo maior quam *ἴλη*. 4) Cf. Bauer 312 et adn. 1. 313 adn. 5.

circa centenos[1]). Itaque ordini Macedonico respondet appellatio λόχος = *centuria*, quae apud Dionysium et, ut videtur, Plutarchum invenitur; sed minus accurate vocabulo usi sunt Appianus pro *manipulus*, ut videtur, Iosephus (qui sane vocabulis militaribus minime exacte utebatur) et Cassius Dio pro *cohors*, cum in glossariis pro *turma* reperiatur. Et quod ad vocabulum τάξις attinet, non aliter res se habet; nam mercenariorum Graecorum maximus ordo erat τάξις, quae multos in lochos dividebatur[2]), ut Macedonum quoque[3]), sed in rebus Romanis appellatio τάξις apud Appianum pro *cohors*, in glossariis et pro *cohors* et pro *legio* comparet.

Etiam praefectorum militum multae appellationes de Graecis sumptae sunt. Quarum quidem genera duo reperiuntur; alterum est earum, quae de ordinibus quibus praeerant praefecti, ut ταξίαρχος et λοχαγός, alterum, quae de numero militum quos continebat ordo sunt derivatae, ut χιλίαρχος et ἑκατόνταρχος. Quorum interpretandi modorum illius exempla rarius apud scriptores, huius saepius cum apud scriptores tum in titulis comparent. Atque ut ordinum ipsorum appellationes erant incertae, ita usus vocabulorum de iis derivatorum haud constans erat; nam ταξίαρχος, sive is qui taxi praeest, apud Polybium et in glossariis pro *centurio*, apud scriptores aetatis inferioris pro *tribunus militum*, ut mihi quidem videtur, comparet, idemque vocabulum Lydi aetate pro *ordinarius* erat in usu. Ex quibus significationibus rectissime videtur dictus esse *tribunus militum*, qui magno ordini militum praeerat, ut taxiarchus Atheniensium et mercenariorum[4]), qui soli nobis cogniti sunt. Magis tamen constanter utebantur scriptores vocabulo λοχαγός, quod semper, quantum ego quidem sciam, pro *centurio* comparet, sicut etiam apud Macedones praeerat lochagus centum militum locho[5]), cum aetate antiquiore ordinibus modo magnis modo parvis lochagi praeessent[6]). Et ut ἴλη = *turma* a Polybio usurpabatur, ita apud eum invenitur ἰλάρχης = *decurio turmae*, quae appellatio et ipsa de Macedonibus sumpta est[7]). Etiam apud Appianum[8]), nusquam tamen apud ceteros comparet ἰλάρχης, quae vox, quod maxime mirandum est, nunquam *praefectum alae* aetatis inferioris designat, etsi *ala* per vocabulum ἴλη semper reddebatur. Contra appellatio generalis ἵππαρχος (sive ἱππάρχης) apud Iosephum *praefectum alae*, apud Appianum *praefectum equitum* aetatis liberae designat[9]). Tum ut ἴλαρχος, ita de Macedo-

1) Cf. Bauer 399 et 424/5.
2) Cf. id. 335. De vocabulo generali sensu usurpato cf. id. 399.
3) Cf. id. 424. 432. 4) Cf. id. 347. 335. 5) P. Meyer, Heerwesen 25.
6) E. g. Spartae, ubi lochagus polemarcho proximus ordine erat, Bauer 307.
7) Ilarchi in Aegypto, P. Meyer 25.
8) ἴλαρχος = *decurio*, ut mihi quidem videtur, Appian. Hisp. 48.
9) De his praefectis equitum cf. Momms. StR. II 177 adn. 5.

nibus verisimiliter sumptum est vocabulum *δεκάδαρχος* (sive *δεκαδάρχης*) = *decurio*, quod in titulis et apud scriptores aetatis inferioris nobis occurrit. Quamquam enim haec praefecti Macedonici appellatio nobis non tradita est, satis constat in exercitu Macedonico ordines fuisse *δεκάδας*[1]), quorum praefectos *δεκάδαρχοι* appellatos esse verisimile est. Etiam commemorandum est locutionem *praefectus praesidii* per *φρούραρχος* a scriptoribus redditam esse, quod vocabulum nobis occurrit et apud Athenienses[2]), et apud Macedones Aegyptios[3]), de quibus Dionysius ceterique in praefectum Romanum transtulisse videntur.

Alterum autem genus appellationum est earum, quae de militum numeris, quibus praeerant singuli praefecti, derivabantur, nempe *χιλίαρχος*, *ἑκατόνταρχος*, *δέκαρχος*, quibus designabantur haud solum apud scriptores inde a Polybii aetate, sed etiam in titulis papyrisque *tribunus militum*, *centurio*, *decurio*, ut hae appellationes pro vocabulis sollemnibus haberentur[4]). Quarum vocum prima de Macedonibus sumpta est; nam satis constat et in Alexandri exercitu et apud Aegyptios fuisse chiliarchos[5]), ordinibus magnis praefectos[6]), quem honorem de Persis sumpsit Alexander[7]). Sed quod ad appellationes *ἑκατόνταρχος* et *δέκαρχος* attinet nihil probari potest. Nam nusquam, quod ego quidem sciam, in monumentis militaribus Macedonicis reperiuntur, ut nobis incertum sit num ii, qui lochis et decadibus exercitus Macedonici praefuerint, *ἑκατόνταρχοι* et *δέκαρχοι* appellati sint. Quare verisimile est has appellationes ad chiliarchi similitudinem fictas esse, per quas voces Latinae *centurio* et *decurio* per translationem Graece converterentur. Sed etiam alia vocabula militaria Macedonica apud scriptores rerum Romanarum comparent. Itaque Polybius pro *optio* voce *οὐραγός* utitur, quae appellatio, quod in exercitu Aegyptio praefectum ordine lochagum sequentem designabat[8]), profecto optioni Romano respondebat. Atque militum appellationes multae de Macedonibus sumptae sunt, ut *φαλαγγῖται* = *legionarii*[9]), *σωματοφύλακες* = *praetoriani*[10]), etiam multae generales, quae apud omnes Graecos inveniuntur, ut *ὁπλῖται* = *legionarii*, *πελτασταί* = *milites expediti*, *δορυφόροι* = *praetoriani*.

Iam de rebus nauticis pauca sunt disputanda. Ut appellationes praefectorum classium et navium, *navarchus* et *trierarchus*, Latine transcribebantur, ita iisdem vocabulis *ναύαρχος* et *τριήραρχος* praefectos navales Romanos scriptores designabant. Id solum commemorandum, est vocabulum *ναύαρχος* non modo pro *praefectus classis*,

1) Bauer 424 sq. 435. 444. 2) id. 345. 3) P. Meyer 19. 67. 80.

4) Vocabulum *χιλίαρχος* = *tribunus militum* ita certum et constans erat, ut etiam *tribuni militum consulari potestate* *χιλίαρχοι* a scriptoribus semper appellarentur. 5) Bauer 432; P. Meyer 12. 25. 6) P. Meyer 25.

7) Bauer 432. 8) P. Meyer 95. 9) Bauer 445. 10) id. 427. 434.

sed etiam pro *praefectus navis* usurpatum esse, ut in utramque rem valeat apud eundem scriptorem, cum et apud Lacedaemonios[1] et apud Macedones[2] praeesset classi semper navarchus, navi autem semper trierarchus.

Deinde de vocabulis sacris per comparationem Graece conversis quaerendum est, ac primum quidem de voce *ἀρχιερεύς*, quae et in titulis et apud scriptores pro *pontifex maximus*, in monumento Ancyrano et apud scriptores quosdam pro *pontifex* reperitur, sicut etiam pro *pontificatus maximus* comparent locutiones *ἀρχιερωσύνη* et *ἀρχιερατεία*, altera in monumento Ancyrano[3] et apud Plutarchum atque Appianum, altera in monumento Ancyrano[4] solo. Incipit quidem occurrere *ἀρχιερεύς* sive sacerdos maximus regionis in Asiae rebus publicis ea aetate quae Hellenistica appellatur. Postea erat sacerdos, qui rebus sacris provinciae et praecipue cultui principis Romani praeerat[5]. Qua appellatione pontificem maximum Romanum Polybius primus designavit, deinde comparet in titulis Caesaris dictatoris, tum in titulis atque apud scriptores aetatis imperatoriae. Sed in titulis post Neronis aetatem scriptis nusquam vox *ἀρχιερεύς* per se ponitur, sed semper invenitur *ἀρχιερεὺς μέγιστος*, quae locutio iam Augusti aetate usurpabatur, qua principem distinctum esse ab illis sacerdotibus provincialibus *ἀρχιερεῖς* appellatis conicio, sed fieri quoque potest ut haec appellatio propterea in usum venerit, quod aetate imperatoria pontifices ceteri quoque *ἀρχιερεῖς* aliquando appellati sunt, quamquam non nisi in monumento Ancyrano[6] et rarissime apud scriptores[7] reperitur *ἀρχιερεύς* = *pontifex*, neque ullo tempore pro vocabulo sollemni habita est haec vox, quo designaretur *pontifex*; nam hoc vocabulum in titulis aetatis imperatoriae Graecis litteris transcriptum nobis saepe occurrit. Praeter *ἀρχιερεύς* hae quoque comparent appellationes, quibus *pontifex* per comparationem Graece reddebatur: *ἱερομνήμων* et *ἱεροφάντης*, altera apud Dionysium et Suidam et in glossariis, altera apud Dionysium et Lydum. Sed hi duo honores Graecorum non solum inter se, sed etiam a pontificatu Romano valde differebant, quare vocabulum neutrum pontifici accurate respondet. Nam *ἱερομνήμονες* appellabantur praecipue ii, qui e gentibus singulis electi negotia omnia concilii Amphictyonum administrabant[8]; sed etiam alii aliis locis nobis occurrunt, quorum munera quamquam raro nobis cognita pontificatui Romano fortasse similiora

1) Bauer 319 seqq. 2) id. 440. 3) Gr. V 19. 4) Gr. V 22.

5) De sacerdote *ἀρχιερεύς* cf. Brandis apud P.-W. II 471, et Stengel, Griech. Kultusaltertümer 43.

6) Gr. IV 5. De significatione *pontifex*, non *pontifex maximus*, cf. Mommsen, Res gestae Divi Augusti² p. 32.

7) Plut. Num. 9; Cass. Dio LXXIV 5; Lyd. Mens. IV saepe.

8) Gilbert II 410. 418; Busolt 66.

erant; etenim Megaris sacerdotes Neptuni *ἱερομνήμονες* appellabantur[1]), et etiam Tauromenii ac Segestae Siciliae erant *ἱερομνήμονες* qui munera sacerdotum sustinuisse videntur[2]), etiamsi de his nihil nobis est cognitum. *Ἱεροφάντης* autem appellatio minime convenit, quae pontificem designet, cum ita designaretur is, qui mysteriis Eleusiniis praeesset[3]), quod munus nullam similitudinem cum pontificatu habebat. Ac non magis congruit cum *pontifex* vocabulum *ἱεροφύλαξ*, quo semel[4]) utitur Dionyius; illius enim erat cura templi locorumque propriorum, ut *ἱεροφύλαξ* eiusdem notionis fuerit ac *ναοφύλαξ*[5]).

Item de Graecis sumptum est vocabulum *ἱεροποιοί*, quo designati sunt *quindecimviri sacris faciundis* et in monumento Ancyrano[6]) et apud Dionysium[7]). Nam et in Amphictyonia Delia et Athenis erant *ἱεροποιοί*, qui illic res templi administrabant[8]), hic sacrificia curabant et inspiciebant[9]), quod munus sustinebant aliis quoque locis[10]), ut appellatio in sacerdotes Romanos facile transferri posset. Neque minus expedivit cum muneribus Romanis conferre vocabula Graeca, quibus designabantur ii, qui auguria capiebant et auspicia interpretabantur, et appellationes Graecas in *augures* et *haruspices* transmittere. Sed ut Romani, sic Graeci inter avium observationem et extorum inspectionem in augurando distinguebant, unde a scriptoribus Graecis, qui de rebus Romanis scripserunt, designabantur vocabulis diversis *augures* ac *haruspices*, quamquam appellatio generalis *μάντις* utrosque indicabat[11]), et vocabulum *ἱεροσκόπος*, quod etiam apud Graecos in usu fuisse ex eo apparet, quod in titulo Rhegino quodam[12]) *ἱεροσκόπος* invenitur, pro *augur* apud Dionysium[13]), pro *haruspex* apud Diodorum[14]) et in glossariis comparet. Sed apud alios interest inter augurem et haruspicem; nam illum designabant per *οἰωνιστής*, *οἰωνομάντις*, *οἰωνοπόλος*, *οἰωνοσκόπος*[15]), *ὀρνιθοσκόπος*, *ὀρνεοσκόπος*, quae vocabula apud scriptores Graecos antiquos nobis occurrunt, hunc per *τερατοσκόπος*, quae appellatio apud Platonem quoque

1) Plut. Quaest. Symp. VIII 8, 4.

2) Cf. titulos IG. XIV 423—430. 291. 288a, et Gilbert II 334 sq.

3) Cf. Herod. VII 153; Paus. II 14, 1; IV 16, 2; Ditt.[2] 20. 605. 618 et. al. *ἱεροφάντης Διονύσου* Romae IG XIV 979. 4) AR. II 73.

5) Stengel 46 sq.; *ἱεροφύλακες* Segestae Siciliae IG. XIV 291 — CIG. 5545.

6) Gr. IV 5. Quod hoc eodem loco *ἱεροποιοί* — *septemviri epulonum* comparet, error eius qui monumentum Graece convertit videtur esse.

7) AR. X 32, ubi sane de *Duoviris s. f.* agitur.

8) Busolt 62; Gilbert I[2] 201. 9) Busolt 246; Stengel 44.

10) *ἱεροποιοί* in insula Rhodo quoque IG. XII 1, 705.

11) Raro sane, sed cf. Dionys III 69. 71, Plut. Num. 7.

12) IG. XIV 617 — CIG. 5763 et add. III p. 1252.

13) AR. II 22 ubi sane confunduntur *augur* et *haruspex* (Wissowa, Religion 450 adn. 6). 14) XXXII 12, 2.

15) In glossariis contra comparet *οἰωνοσκόπος* — *haruspex*.

legitur[1]), et per θύτης, quae aeque atque ἱεροσκόπος in titulo Rhegino supra commemorato reperitur. Tum fiat mentio vocabulorum σπονδοφόρος = *fetialis* in glossariis, quod de appellatione praeconum sacrorum, qui Eleusine et Olympiae muneribus fungebantur[2]), sumptum est, στεφανηφόρος = *flamen curialis* apud Dionysium[3]), qui magistratus muneribus sacris in multis rebus publicis Asiae praeerat[4]), ἀμφιθαλής, quod adiectivum locutionem *patrimus et matrimus* designabat, nempe apud Graecos pueri, quorum pater materque adhuc vivebant, ἀμφιθαλεῖς appellati, in ludis publicis ministrabant[5]).

Denique inter nomina feriarum sunt haec Graecis aequata: Θαλύσια et Θεσμοφόρια = *Cerialia*, Διονύσια = *Liberalia*, Λύκαια = *Lupercalia*, Παναθήναια = *Quinquatrus* apud scriptores et in glossariis, Ἀνθεστήρια = *Floralia* apud Lydum, quod vocabulum a sacro verno Atheniensi Bacchi petiit[6]).

Iam vidimus permulta vocabula iuris Romani, quae Graece conversa in titulis et apud scriptores rerum comparent, ita reddita esse, ut institutionibus Romanis cum Graecis comparatis et aequatis appellationes in res Romanas insumerentur, qui convertendi modus in usu erat praecipue in vocabulis quibus designabantur senatus et magistratus rei publicae pristinae, ut haec iam saeculo a. Chr. n. tertio pro sollemnibus haberentur, nec non in vocibus militaribus, ut et apud scriptores omnes et in multis titulis locutiones militares Macedonicae in res Romanas translatae inveniantur. Tum hac ratione convertendi satis tractata, de ceteris in sequentibus capitibus breviter est disserendum.

## II.

Sicut multa vocabula sollemnia iuris Romani facillime per comparationem converti poterant, ita et in titulis et apud scriptores appellationes de magistratibus et institutionibus publicis Graecis in res Romanas translatas invenimus. Sed haec vocabula Graeca non semper sufficiebant quae omnia redderent, cum Romanis essent institutiones aliquae quibus respondebant nullae Graecae, ut necesse esset vocibus Graecis, quibus non erat significatio publica, vocabula Latina interpretari, ut post multa tempora hae appellationes, quoad ad res Romanas pertinerent, pro sollemnibus haberentur.

Quorum vocabulorum antiquissimum est τιμητής, quo designabatur *censor* primum a Polybio, tum in titulo anni 657/97[7]) et apud scriptores omnes[8]), nec non in titulis imperatorum. Quae vox in

1) Legg. XI 933 c.
2) Cf. IG. II 834 b = Ditt.² 587 et indices ad Insch. Olymp. 3) AR. II 64.
4) Stengel 43. 5) Id. 184. 189. 201. 6) Mens. IV 73. 7) BCH. VIII 133.
8) *Censitorem provinciae* designat τιμητής apud Ioseph. AI. XVIII Arg.; BI. VII 253.

nulla civitate Graeca, quod ego quidem sciam, significationem sollemnem habebat; nam illi *τιμηταί*, qui Eleusine de domorum pretiis iudicabant, privati erant homines a privatis electi neque ullo munere publico fungebantur[1]); sed quomodo *τιμᾶν* verbo temporali Latino *censere* omnino respondet, ita vox *τιμητής* est interpretatio Graeca appellationis *censor*[2]). Quod magis ex eo apparet, quod pro voce *census* interpretationes *τίμησις* ac *τίμημα* apud scriptores et in glossariis reperiuntur, quae vocabula sane Athenis sollemnia erant, sed cum significationibus ab usu Romano omnino differentibus; nam *τίμημα* aut rem familiarem[3]) aut classem populi, quae rem familiarem certam possidebat[4]), aut multam a iudicio dictam, *τίμησις* autem sententiam huius iudicii designabat[5]), quarum significationum nulla censui Romano respondet. Itaque haec quoque vocabula pro interpretationibus habenda sunt. Et sicut de vocibus *ὕπατος* et *στρατηγός*, ita de appellatione *τιμητής* derivata sunt vocabula alia ad magistratum ipsum pertinentia. Nam vocabulo *τιμητεία* reddita est *censura* a Plutarcho et Cassio Dione, et vox *τιμητικός* pro adiectivo *censorius* apud scriptores invenitur, ut locutione *ἡ τιμητικὴ ἀρχή* *censoria potestas*, vocabulo *ὁ τιμητικός* *vir censorius* designaretur; tum etiam verbum temporale *τιμητεύειν* formatum est, cuius participium *τιμητεύων* praecipue usurpabatur. Praeterea sunt commemorandae voces *τιμαρχία* = *censoria potestas* apud Cassium Dionem et *τιμιότης* = *censura* in glossariis; et vocabula cum praepositionibus coniuncta haec exstant: *ἀποτιμητής* = *censor* in titulo Traiani imperatoris[6]), et in glossariis *διατίμησις* = *censura*, *ἀποτίμησις* et *ἐπιτίμησις* = *census*; ceterum *ἀποτίμησις* in monumento Ancyrano non solum pro *census* sed etiam pro *lustrum*[7]) usurpatum est, quod vocabulum melius per *καθαρμός* interpretabantur et Dionysius et glossariorum scriptores, qui praeterea voces *ἁγιασμός*, *πενταετηρικόν*, *πενταετηρίς* adhibuerunt.

Praeter censorem *interrex* nulli Graecorum magistratui respondebat, quare haec quoque appellatio per translationem Graece reddebatur. Vocabulum usitatissimum erat *μεσοβασιλεύς*, quod apud Dionysium, Plutarchum, Cassium Dionem legitur, sed nusquam apud scriptores rerum Graecarum, ut sit nuda interpretatio vocis *interrex*; et *interregnum* locutionibus *μεσοβασιλεία* et *μεσοβασίλειος ἀρχή* ab iisdem scriptoribus transferebatur. Non nisi uno loco[8]) Dionysius *interrex* reddidit voce *ἀντιβασιλεύς*, ad vocum *ἀνθύπατος* et *ἀντιστράτηγος* similitudinem per errorem formata, tamquam si appellandus

1) Busolt 185. 2) Mentz, Magg. Appell. p. 34. 3) Busolt 188.
4) Id. 146; cf. *τίμημα* = *classis*, Dionys IV 20.
5) Busolt 286. 6) CIG. 1806.
7) Mon. Anc. Gr. IV pass. Quo ex usu aeque ac de aliis causis Romanum fuisse eum qui monumentum Ancyranum Graece converterit coniecit Kaibel apud Momms. Res gestae Divi Augusti[2] p. 197. 8) AR. IX 69.

esset *prorex*; Appianus vocabulum locutionibus *ὁ καλούμενος μεταξὺ βασιλεύς* et *ὁ ἐν τοσῷδε βασιλεύς* interpretari conatus est[1].

Sed ea nomina quoque, quae vulgo per comparationem aut transcriptionem Graece reddebantur, per translationem convertere conati sunt scriptores quidam. Itaque vocabulum *consul* transferebant Dionysius et Plutarchus vocibus *σύμβουλος* et *πρόβουλος* per analogiam *consilium* = *συμβουλή* sive *συμβούλιον*[2], et pro *dictator* reperitur in Cassii Dionis quodam fragmento[3] *εἰσηγητής*, quae vox fortasse secundum etymologiam antiquam dictatoris ex vocabulis *edictum* et *edicere* orta est, ut monuit Mommsen[4]. Etiam commemorandae sunt interpretationes *ἐπιμελητὴς ἱερῶν τόπων* = *aedilis* apud Dionysium[5], *ἐρευνάς* ac *ζητητής* = *quaestor* apud Lydum[6] et in glossario quodam[7], quae voces de verbis temporalibus *ἐρευνᾶν* ac *ζητεῖν* (Latine *quaerere*) derivatae sunt.

Appellationes ad senatum senatoresque pertinentes omnes per comparationem Graece redditas esse supra vidimus; unam modo locutionem, *patres conscripti*, transtulerunt scriptores, Plutarchus exacte vocabulo *πατέρες συγγεγραμμένοι*[8] (qua voce *συγγεγραμμένοι* Lydus ut senatores de Sabinis conscripti designentur perperam utitur[9]), Dionysius minus accurate locutione *πατέρες ἔγγραφοι*[10].

Appellatio alia, quae est multo maioris momenti commemoratis et saepius reperitur, est *ἔπαρχος*, qua Graeci nomen *praefectus* interpretabantur. Quam vocem per translationem ortam esse mihi est verisimile, quia *ἐπάρχειν* verbo *praeesse* respondet, et nusquam apud Graecos, quantum ego quidem scio, habetur *ἔπαρχος* pro appellatione sollemni sive magistratus sive ducis militaris[11], cum et apud scriptores rerum Romanarum et in titulis praefectum designare soleat. Apud Polybium non nisi semel comparet *ἔπαρχος*[12], quo loco, ut ancipitis est significationis, tamen *praefectum socium*, qui alio loco *πραίφεκτος* appellatur, designare videtur. Post eum autem ubique reperitur vocabulum *ἔπαρχος*, sive per se positum, sive cum muneris designatione coniunctum, quo appellationes omnium magistratuum ducumque Latine *praefecti* appellatorum Graece reddantur, ut omnibus modis quibus illud *praefectus* in usu fuerit. Itaque Dionysius praefectum urbis, qui aetate libera aut a consule aut a dictatore urbi

1) BC. I 98.

2) *σύμβουλος* et *πρόβουλος* Dionys. IV 76; *πρόβουλος* Plut. Rom. 14, et, quod recte vidisse videtur Mentz (Magg. Appell. p. 19), Appian. Mith. 56. 67.

3) Fr. 17, 13 (ed. Boissevain I p. CXV). 4) StR. II 144 adn. 2.

5) AR. VI 90. 6) Mag. I 25. 7) CGL. II 322, 26.

8) Plut. Rom. 13, QR. 58.

9) Lyd. Mag. I 16, cf. Momms. StR. III 839 adn. 2. 10) AR. II 12.

11) *ἔπαρχος* in Sicilia apud Diodor. XV 14, 2 eum modo, qui urbi captae praepositus est significare videtur. 12) Polyb. XI 27, 2.

interdum praeficiebatur, appellat ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος, qua locutione etiam illum praefectum perennem aetatis imperatoriae Herodianus et glossaria indicant, cum in titulis semper ἔπαρχος Ῥώμης appelletur[1]). Atque ut ille obscurus praefectus annonae designetur, qui ex solis libris linteis citabatur[2]), appellatione ὁ τῆς ἀγορᾶς ἔπαρχος utitur Dionysius[3]). Tum tituli aetatis imperatoriae exhibent locutiones ἔπαρχος σίτου δόσεως[4]) et ἔπαρχος σιτηρεσίου[5]) = *praefectus frumenti dandi*, ἔπαρχος ἀλειμέντων = *praefectus alimentorum*[6]), ἔπαρχος αἰραρίου = *praefectus aerarii*[7]), qui a Plutarcho ἔπαρχος τοῦ ταμιείου appellatur[8]), in glossario quodam ἔπαρχος γαζοφυλακίου[9]). Sed praecipue praefecti magni ordinis equestris designabantur vocabulo ἔπαρχος, muneribus singulis additis sive Graece translatis sive transcriptis. Sic *praefectus praetorio* in titulis ἔπαρχος τοῦ πραιτωρίου, apud scriptores ἔπαρχος τῆς αὐλῆς, ἔπαρχος τῶν δορυφόρων, ἔπαρχος τῶν στρατευμάτων sive τῶν στρατοπέδων sive τοῦ στρατοῦ appellabatur, et *praefectus Aegypti* passim in titulis papyrisque vocabulo sollemni ἔπαρχος Αἰγύπτου designatur. Item in titulis reperiuntur ἔπαρχος εὐθενίας = *praefectus annonae*[10]), ἔπαρχος οὐιγίλων = *praefectus vigilum*[11]), ἔπαρχος ὀχημάτων[12]) et ἔπαρχος βεϊκούλων[13]) = *praefectus vehiculorum*. Quod ad res militares attinet, vocabulum ἔπαρχος = *praefectus* ubique invenimus. Nam in titulo aetatis Vespasiani pro *praefectus exercitus* suppleta est locutio ἔπαρχος [στρατοῦ][14]), et saepe in titulis redditus est *praefectus legionis* vocabulo ἔπαρχος λεγιῶνος sive ἔπαρχος τάγματος; etiam passim inveniuntur appellationes ἔπαρχος εἴλης = *praefectus alae*, ἔπαρχος σπείρας sive χώρτης = *praefectus cohortis*, ἔπαρχος τεκτόνων sive ἀρχιτεκτόνων = *praefectus fabrum*. Praeterea sicut reperitur ἡ ὕπατος ἀρχή = *consulatus* et ἡ ὕπατος ἐξουσία = *consularis potestas*, ita inveniuntur in titulis aetatis inferioris et apud Lydum locutiones ἡ ἔπαρχος ἀρχή et ἡ ἔπαρχος ἐξουσία = *praefectura praetorii*, ad illarum, ut videtur, similitudinem formatae, quamvis perperam, cum nusquam nullo tempore, quod ego quidem sciam, pro adiectivo habitum sit vocabulum ἔπαρχος. His nominibus multo rectius fictae sunt Lydi vox ἐπαρχότης = *praefectura* et praecipue Cassii Dionis locutio ἡ ἐπαρχικὴ ἐξουσία = *praefectura praetorii*, cum vocabulum in modum appellationum ὑπατεία et στρατηγία formatum,

---

1) Uno in titulo (CIG 2587) invenitur ἔπαρχος τῆς πόλεως τῆς Ῥωμαίων.
2) Ita Liv. IV 13, 7, cf. Mommsen, Herm. IV 266. 3) AR. XII 1.
4) IG. XIV 719 = IGR I 431; Le Bas III 2814.
5) IG. III 623, cf. ἔπαρχος σειτομετρίου IGR. III 667. 6) IGR. III 618.
7) CIG. 4033, 4034 = IGR. III 174, 175; BCH. VII 26 = IGR. III 238; IG. XIV 911 = IGR. I 402. 8) QR. 43. 9) CGL. III 31, 51 sq.
10) IG. XIV 917, 1072 = IGR. I 380, 135. 11) CIL. III 6574 = S. 7126.
12) CIG. 2509. 13) IGR. III 181; IG. XIV 1072 = IGR. I 135.
14) CIG. 4536 f ubi ἔθνους supplevit Franz. Correxit Mommsen Herm. XIX 644 seqq.

nempe *ἐπαρχεία*, nusquam pro *praefectura*, semper tamen pro *provincia* usurpetur, vel in titulis vel apud scriptores. Quae significatio, quae primum in arbitrio Milesiorum ca. a. 619/135 scripto[1]) comparet, interpretatio vocabuli *provincia* haberi non potest, sed quod apud Graecos is qui regioni praepositus erat aliquando *ἔπαρχος* appellabatur[2]), vox *ἐπαρχεία* eodem sensu usurpata esse ac regio illa videtur. Praeterea adiectivum *ἐπαρχικός* in titulis tribus eum qui praefecturam (praetorii) gesserat significare videtur[3]), apud Plutarchum autem et fortasse in edicto Constantini Chlori et Galerii Maximiani anni 305[4]) pro voce *provincialis* invenitur. Denique ut verbum temporale *ἐπάρχειν* illi Latino *praeesse* respondet, item participium *ἐπάρχων* = *praefectus* comparet, cuius locutiones hae apud scriptores leguntur: *ὁ τῆς πόλεως ἐπάρχων* = *praefectus urbis*, *ὁ ἐπάρχων τῶν στρατοπέδων* sive *τοῦ στρατοῦ* = *praefectus praetorio*, *ὁ ἐπάρχων κατὰ τὴν Αἴγυπτον* = *praefectus Aegypti*.

Quomodo vocabulum *praefectus*, ita appellatio, qua designabatur alter magistratus illustris ordinis equestris, nempe *procurator*, per translationem Graece reddebatur. Nam unicum vocabulum *ἐπίτροπος* ubique in titulis papyrisque et apud scriptores aetatis imperatoriae invenitur. Quae vox usitata apud Graecos erat, qua designaretur administrator quidam, sive rei familiaris, ut saepe *tutor*, sive provinciae, sed nunquam, quod ego sciam, vocabulum sollemne iuris publici erat. Itaque *ἐπίτροπος* interpretatio nuda appellationis Romanae *procurator* esse videtur, quo sensu passim reperitur, nec non, sicut vocis *ἔπαρχος*, locutiones compositae occurrunt, in quibus pro *procurator* semper comparet *ἐπίτροπος*. Itaque, ut exempla proferam, *procurator rationis privatae* = *ἐπίτροπος πρειβάτης* in titulo[5]) et *ἐπίτροπος πριβάτων* in glossariis comparet, *procurator rei privatae* in Aegypto (*procurator idiu logu*) = *ἐπίτροπος τοῦ ἰδίου λόγου*[6]), *procurator usiacus* = *ἐπίτροπος τῶν οὐσιῶν*[7]), *procurator vicesimae hereditatium* = *ἐπίτροπος εἰκοστῆς κληρονομιῶν*[8]), *procurator ad ripas Tiberis* = *ἐπίτροπος πρὸς ὄχθαις Τιβέρεως*[9]), et locutiones *ἐπίτροπος Σεβαστοῦ* sive *Καίσαρος* sive *ἐπαρχείας* passim reperiuntur. Appellationum derivatarum occurrunt praecipue verbum temporale *ἐπιτροπεύειν* eiusque participia *ἐπιτροπεύων* et *ἐπιτροπεύσας*, quae pariter ac vox *ἐπίτροπος* et in titulis et apud scriptores procuratorem designant, tum vocabula *ἐπιτροπεία*, *ἐπιτρόπευσις* et praecipue *ἐπιτροπή* = *procuratio* in titulis et apud

1) Insch. Olymp. 52 = Ditt.[2] 314 III. 2) Ut apud Polyb. V 46, 7.
3) Tituli Le Bas III 2760; BCH. VII 281, nn. 1 et 2. De hac significatione cf. Waddington, BCH. VII 287. 4) IG. III 48 = CIG. 356.
5) IG. XIV 2433 = CIG. 6771.
6) CIG. 3751 = IGR. III 41; Rev. Arch. 1883. 207 = JHS. XXI 291.
7) P. Amh. 77. 8) CIG. 2980; IGR. III 181.
9) CIG. 3991 = IGR. III 263.

Iosephum et Cassium Dionem. Praeter vocabulum ἐπίτροπος vocem διοικητής, qua et ipse administrator significabatur, pro *procurator* apud Strabonem[1]) invenimus; usitata etiam erat, qua designaretur *procurator ad dioecesin Alexandriae*, qui aliquando in papyris διοικητής, in titulo Hadriani aetatis[2]) ἐπὶ διοικήσεως appellatur.

Una cum his vocabulis commemoranda est appellatio δικαιοδότης, quae nihil aliud est atque interpretatio vocis Latinae *iuridicus*, unde in titulis papyrisque et apud Strabonem[3]) *iuridicum Aegypti* designat; tum *legatus iuridicus* provinciae hoc vocabulo indicabatur in titulo saeculi tertii[4]), et, quod valde mirandum est, etiam *legatus Augusti pro praetore* in titulis quibusdam et semel apud Iosephum[5]) δικαιοδότης appellatur, sicut in titulo Pergameno anni 704/50[6]) et semel apud Strabonem[7]) loco verbi temporalis *praeesse provinciae* ponitur δικαιοδοτεῖν.

Aeque per translationem Graece reddebatur appellatio *legatus ad corrigendum statum* sive *corrector*, qui magistratus ἐπανορθωτής sive διορθωτής a Graecis nominabatur, quae vocabula aut per se posita aut cum aliis coniuncta tituli saepe exhibent, ut reperiantur non solum ἐπανορθωτής et διορθωτής, sed etiam locutiones πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος καὶ ἐπανορθωτής[8]), ὑπατικὸς καὶ ἐπανορθωτής[9]), διορθωτὴς τῶν ἐλευθέρων πόλεων[10]). Et simili sensu inveniuntur vocabula eadem in appellationibus ἐπιμελητὴς καὶ διορθωτής = *triumvir rei publicae constituendae* et ἐπιμελητὴς ἐπανορθωτὴς τῶν τρόπων = *praefectus moribus* apud Cassium Dionem, cum quibus conferenda est locutio monumenti Ancyrani δημοσίων πραγμάτων κατορθωτής = *triumvir rei publicae constituendae*[11]).

Appellationum magistratuum Romanorum per translationem Graece redditarum mentio fiat earum, quibus designabantur collegia illa, sive quotannis creata sive extraordinaria, quae ex numero certo hominum ad munus certum conficiendum nominatorum constituebantur. Nam hae appellationes praeter illas, quibus *IV viri viis in urbe purgandis* et *X viri legibus scribendis* indicabantur, et quas per comparationem redditas esse supra demonstratum est, omnes totidem verbis Graece explicatas invenimus. Itaque, ut a collegiis XXVI virorum quotannis creatis incipiam, pro *X viri stlitibus iudicandis* reperiuntur locutiones

1) XVII 840. 2) BCH. III 259. 3) XVII 797.
4) Eph. Ep. IV p. 222. Contra *iuridicus Italiae* = δικαιονόμος comparet apud Cass. Dionem LXXVIII 22.
5) AI. XVIII 1; in titulo Spartano Hadriani aetatis (CIG. 1346) pro *legatus Aug. ad corrigendum statum* dictum esse videtur vocabulum δικαιοδότης.
6) Insch. Perg. 410. 7) III 166.
8) IG. III 631; Insch. Olymp. 941.
9) IG. VII 91; IG. IV 1417. 10) Epictet. Diss. III 7.
11) Mon. Anc. Gr. IV 1.

in titulis *τῶν δέκα ἀνδρῶν τῶν τὰ φονικὰ δικασάντων*[1]), *δέκανδρος ἀνδρῶν πράγματα δικαζόντων*[2]), *πεντεκαιδέκανδρος* (sic) *τῶν ἐκδικαζόντων τὰ πράγματα*[3]), *δέκανδρος ἐπὶ τῶν κληρονομικῶν δικαστηρίων*[4]), apud Cassium Dionem[5]) *οἱ δέκα οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν εἰς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι*, pro *III viri a. a. a. flando feriundo*, in titulis *τριῶν ἀνδρῶν κατασκευῆς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ*[6]), *τριῶν ἀνδρῶν χαλκοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ χωνεύσεως καὶ χαράξεως*[7]), *τριῶν ἀνδρῶν χαλκοῦ ἀργύρου χρυσοῦ χαρακτηριάσαντος* (sic)[8]), *τριῶν ἀνδρῶν ἐπιχαράξεως νομίσματος*[9]), apud Cassium Dionem[10]) *οἱ τρεῖς οἱ τὸ τοῦ νομίσματος κόμμα μεταχειριζόμενοι*, pro *III viri capitales* *οἱ τρεῖς οἱ τὰς τοῦ θανάτου δίκας προστεταγμένοι*, pro *IV praefecti Capuam Cumas* *οἱ τέσσαρες εἰς Καμπανίαν πεμπόμενοι*, pro *II viri viis extra urbem purgandis* *οἱ δύο οἱ τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζόμενοι*, hae omnes apud Cassium Dionem[11]). Itidem res se habet cum ad collegia extraordinaria spectamus. Nam, ut exempla proferam, pro *III viri agris dividendis dandis assignandis* reperiuntur locutiones apud Polybium *τρεῖς ἄνδρες οἱ ἐπὶ τὴν διάδοσιν τῆς χώρας ἐξαπεσταλμένοι*[12]) et *τρεῖς ἄνδρες οἱ ἐπὶ τὴν διαίρεσιν τῆς χώρας ἀπεσταλμένοι*[13]), apud Plutarchum[14]) *τρεῖς ἄνδρες ἐπὶ τὴν διάκρισιν καὶ διανομήν*, apud Appianum[15]) *οἱ τὴν γῆν διαιροῦντες*, et pro *X viri agris d. d. a.* inveniuntur apud Dionysium *οἱ δέκα ἄνδρες οἱ ποιησόμενοι τὴν τῶν κλήρων διανομήν*[16]), *ἄνδρες δέκα οἱ ὁριοῦντες τὴν γῆν*[17]), et ceterae. Eodem modo designabantur *III viri rei publicae constituendae* in monumento Ancyrano[18]) appellatione *οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐπὶ τῇ καταστάσει τῶν δημοσίων πραγμάτων*, in epistula M. Antonii[19]) *τριῶν ἀνδρῶν τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων διατάξεως*, in edicto eiusdem apud Iosephum[20]) *τριῶν ἀνδρῶν καταστάντων περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων*, in edicto triumvirorum apud Appianum[21]) *οἱ χειροτονηθέντες ἁρμόσαι καὶ διορθῶσαι τὰ κοινά*, et munus eorum ab Appiano[22]) appellatur *ἀρχὴ ἐπὶ καταστήσει τῶν παρόντων*.

His omnibus similes sunt locutiones, quibus qui *ab actis senatus* erat designabatur, cum hae quoque per translationem Graece converterentur. Itaque reperiuntur in titulis duobus[23]) aetatis M. Aurelii *ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων τῆς συγκλήτου*, apud Cassium Dionem[24]) *τὰ τῆς*

1) IG. IV 588; CIG. 1327. 2) Le Bas III 2316 a = CIG. 4618 corr.
3) CIG. 4029. 4) JHS. IV 415. 5) LIV 26. 6) IG. III 612.
7) Insch. Olymp. 350. 8) Monats-B. Berl. Acad. 1862 p. 76—78.
9) IGR. III 703. 10) LIV 26. 11) ib. 12) Polyb. III 67, 6.
13) Id. III 40, 9. 14) Ti. Gracch. 13. 15) BC. I 21.
16) AR. IX 37, 51. 17) AR. VIII 51. 18) Gr. I 12.
19) CIG. 2737 a et b. 20) AI. XIV 320. 21) BC. IV 8. 22) BC. IV 7.
23) Tituli Ti. Claudii Frontini Nicerati IG. IV 588 et CIG. 1327.
24) LXXVIII 22.

*βουλῆς ὑπομνήματα διὰ χειρὸς ἔχων*, etiam quod in titulo Galatico[1]) suppletum est [*πράξεις συγ*]*κλήτου εἰλη*[*φώς*].

Eodem modo Graece reddebantur dignitates et munera aulae imperatoriae, quae Romani per nomen muneris cum praepositione *ab* coniunctum indicabant, nempe per praepositionem *ἐπὶ* genetivo ad interpretationem nominis muneris addito. Itaque eum qui *a rationibus* erat reperimus designatum in titulo aetatis Severianae[2]) locutione *ὁ ἐπὶ τῶν καθ' ὅλου λόγων*[3]), cuius etiam comparent formae *τοὺς καθ' ὅλου λόγους ἐπιτροπεύσας* in titulo urbano quodam[4]) et *τοὺς καθ' ὅλου λόγους ἐπιτετραμμένος* apud Cassium Dionem[5]). Item qui *ab epistulis* erat appellatur in titulis et apud Plutarchum[6]) *ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν*, apud Iosephum[7]) *τάξιν ἐπὶ τῶν* (*Ἑλληνικῶν*) *ἐπιστολῶν πεπιστευμένος*, sed apud Cassium Dionem *ὁ τὰς ἐπιστολὰς διαγαγών*[8]) vel *διὰ χειρὸς ἔχων*[9]) vel *διοικήσας*[10]). Tum comparent *ἐπὶ βιβλιδίων καὶ διαγνώσεων* = *a libellis et cognitionibus*[11]), *ἐπὶ τῶν ἀποκριμάτων* = *a responsionibus*[12]), *ἐπὶ τῆς παιδείας* = *a studiis*[13]), *ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος* = *a cubiculo*[14]), et alia. Quae omnia vocabula ut sollemnia erant, ita et aliae appellationes cum in titulis tum apud scriptores nobis occurrunt, nempe *ἐπιστολεύς*[15]) et *ἐπιστολῶν προστάτης*[16]) et *ἀντιγραφεὺς τῶν ἐπιστολῶν*[17]) = *ab epistulis*, *ὁ τὰ τῆς ἀρχῆς βίβλια διέπων* = *a libellis*[18]), *τῆς βασιλείου μνήμης προεστώς* = *a memoria*[19]), *ὁ θαλάμου προεστώς* = *a cubiculo*[20]), sed appellationi *cubicularius* respondent *κοιτωνίτης*[21]) et *πρόκοιτος*[22]).

Iam de appellationibus quae erant hominibus ordinum senatorii et equestris pauca sunt dicenda, cum per translationem Graece redderentur[23]). Itaque pro *clarissimus*, qua appellatione fruebantur omnes ordinis senatorii homines, in titulis saeculorum alterius et tertii reperiuntur hae locutiones: *ὁ λαμπρότατος*, *ἡ λαμπροτάτη*, *λαμπρότατος ἀνήρ*, *λαμπρότατος συγκλητικός*, *λαμπρότατος ὑπατικός*, *λαμπρότατος ἀνθύπατος*, et aliae. Unus vero vir equestris ordinis, praefectus Aegypti, omnino iniuria[24]) in papyris inde a saeculo altero medio *ὁ λαμπρότατος ἡγεμών* appellatur, sive ex ignorantia sic nominatus est, sive

---

1) BCH. VII 26 = IGR. III 238. 2) CIL. III 6574 = S. 7126.
3) Idem pro *procurator summae rei apud Alexandriam* aetatis inferioris Rev. Arch. IX 204. 4) IG. XIV 1480. 5) LXXIX 21. 6) Oth. 9.
7) Al. XX 183. 8) Cass. Dio LXIX 3. 9) Id. LXXI 12.
10) Id. LXXII 7. 11) IG. XIV 1072. 12) BCH. V 478 = Ditt.[2] 368.
13) IG. XIV 1085. 14) CIG. 2947, 2948 et alii. 15) IG. XIV 1085.
16) Philostrat. Vit. Soph. I 22. 17) Suid. s. v. *Ἀδριανός*.
18) Cass. Dio LXI 5, LXVII 15. 19) Herodian. IV 8, 4. 20) Id. I 16, 5.
21) IG. XIV 1664; Galen. XIV 624. 22) Cass. Dio LXVII 15 et al.
23) De his appellationibus earumque interpretationibus cf. Hirschfeld, Sitz.-B. Berl. Acad. 1901, 579 seqq.
24) Quod ex eo apparet, quod ipse praefectus numquam se *λαμπρότατος* appellat, ut monet Hirschfeld l. c. p. 584 adn. 3.

quod hac appellatione fruebantur praesides provinciarum ceterarum; nusquam enim, quod ego quidem sciam, Latinis in titulis appellatur praefectus Aegypti *vir clarissimus*. Praeter *λαμπρότατος* adiectivum quoque *κράτιστος* ad dignitatem senatoriam indicandam additum esse valde miramur; etenim iam aetate Hadriani vir ordinis senatorii *κράτιστος* appellatus est[1]), et postea frequentes sunt locutiones *ὁ κράτιστος συγκλητικός*, *ὁ κράτιστος ὑπατικός*, *ὁ κράτιστος ἀνθύπατος*, quibus omnibus locis expectabatur *λαμπρότατος*. Atque hoc eo magis mirandum est, quod *ὁ κράτιστος* vulgo in usu erat quo designarentur procuratores dignitatis equestris, ut *ὁ κράτιστος* = *vir egregius* et *ὁ κράτιστος ἐπίτροπος* = *procurator egregius* passim in titulis papyrisque inde ab anno 144 reperiantur[2]). Quin etiam in titulis duobus[3]) invenitur appellatio *ἡ κρατίστη* de femina ordinis equestris usurpata, quamquam locutio *femina egregia* nusquam in Latinis monumentis legitur[4]), ut haec appellatio ad similitudinem illius *ἡ λαμπροτάτη* = *femina clarissima* orta esse videatur. Atque ceteras appellationes hominum ordinis equestris, per quas indicabantur dignitates maiores, aeque per translationem redditas invenimus. Itaque in titulis papyrisque saeculorum tertii ac quarti nobis occurrunt locutiones *ὁ διασημότατος* = *vir perfectissimus*, ut appellabantur procuratores maiores et ii, qui muneribus *a rationibus*, *ab epistulis*, *a libellis* fungebantur, et saeculo quarto praefectus Aegypti quoque, atque *ὁ ἐξοχώτατος* = *vir eminentissimus*, qua appellatione fruebatur praefectus praetorio, ut inveniantur non solum *ἐξοχώτατος ἀνήρ* sed etiam *ὁ ἐξοχώτατος ἔπαρχος*.

Etiam appellationes imperatorum per translationem Graece convertebantur, praecipue voces *Augustus* et *Augusta*, quarum interpretationes *Σεβαστός* et *Σεβαστή* ubique in titulis et apud scriptores comparent. Quod vocabulum *Σεβαστός* apud Graecos, ut vox *Augustus* aetate libera quidem apud Romanos, non nisi de deis dicebatur, quo significaretur *sanctus* sive *venerandus*, ut sit interpretatio recta vocis Latinae *Augustus*. Neque vero tam accurate convertebatur vocabulum *divus*; nam *θεῖος*, quod adiectivum interpretatio recta est, rarissime reperitur, cum *θεός*, i. e. *deus*, haud *divus*, in omnibus titulis imperatorum inde ab Augusti aetate nobis occurrat. Meliore quidem Cassius Dio vocabulo *ἥρως* et scriptor glossarii locutione *ὁ ἐν θεοῖς*[5]) utebantur. Tum appellationes ceteras totidem verbis explicatas reperimus, ut sit *πατὴρ πατρίδος* sive aliquando *πατὴρ τῆς πατρίδος* = *pater patriae*, *μήτηρ στρατοπέδων* = *mater castrorum*[6]),

1) Primum in titulo anni 118, IG. IX 61 *ὁ κράτιστος ἀνθύπατος*.
2) Primum invenitur in papyro anni 144, BGU. 891.
3) IG. XIV 1846; BCH. IV 153. 4) Hirschfeld VG. 373 adn. 3.
5) *οἱ ἐν θεοῖς αὐτοκράτορες* in uno titulo (IG. XII 1, 786) reperitur.
6) Etiam locutio per transcriptionem reddita *μήτηρ κάστρων* saepe invenitur.

*δεσπότης* et *ὁ κύριος* = *dominus*, quae vocabula etiam cum aliis coniunguntur, ut *δεσπότης* sive *ὁ κύριος τῆς οἰκουμένης* = *dominus terrarum*, *ὁ γῆς καὶ θαλάσσης δεσπότης* sive *κύριος* = *dominus terrae marisque*, et alia.

Una cum his vocabulis commemorandum est illud *πρόκριτος*, quod pro *princeps* a Cassio Dione usurpatum interpretatio est praecedentibus similis. Nam apud Graecos *πρόκριτος* *primor* significabat[1]), quare prorsus recte usus est voce Cassius Dio non solum qua appellatio imperatoris *princeps* redderetur[2]), sed etiam in locutionibus *πρόκριτος τῆς γερουσίας* (sive *βουλῆς*) = *princeps senatus* et *πρόκριτος τῆς νεότητος* (sive *τῆς ἱππάδος*) = *princeps iuventutis*. Eodem sensu usurpabatur vox *ἡγεμών*, quae in monumento Ancyrano[3]) et paucis aliis titulis, ut videtur, nec non apud scriptores Strabonem, Iosephum, Plutarchum pro *princeps* (i. e. imperator) invenitur, et in locutione *ἡγεμὼν τῆς νεότητος* (sive *νέων*) = *princeps iuventutis* in monumento Ancyrano[4]) et titulis aetatis Augusti[5]). Quibus addendum est vocabulum *βασιλεύς* = *imperator*, sive per comparationem sive aper translationem adhibitum est, quod in titulis primum aetate Hadriani repertum[6]) temporibus inferioribus frequentissime occurrit, cum nunquam, quod ego quidem sciam, ante aetatem Byzantinam pro vocabulo sollemni habeatur.

Iam de vocibus ad res sacras pertinentibus breviter est disserendum, quod earum nonnullae per translationem convertebantur, quamquam permultas per comparationem de Graecis esse sumptas supra monitum est. Itaque locutiones reperimus, quibus conati sunt scriptores appellationem *pontifex maximus* interpretari, *ὁ μέγιστος ἱερεύς*, *ὁ πάντιμος ἱερεύς*, *ὁ τὴν μεγίστην ἱερωσύνην ἔχων* apud Diodorum, *ὁ τῶν ἱερέων ἔξαρχος* apud Plutarchum, *ἄρχων ἱερῶν* (in edicto triumvirorum rei publicae constituendae[7])), et *ὁ τὴν μεγίστην Ῥωμαίοις ἱερωσύνην ἱερώμενος* apud Appianum, *ἀρχιερεὺς γεφυραῖος* apud Lydum, quo adiectivo vox *pontifex* circumscribitur. Alias appellationes sacras totidem verbis interpretati sunt scriptores, *ἱερεὺς τοῦ Διός* = *flamen Dialis*, *ἱερεὺς τοῦ Ἄρεως* = *flamen Martialis*, *βασιλεὺς τῶν ἱερῶν* = *rex sacrorum*, aliasque. Item augures appellantur *οἱ ἐπὶ τῶν οἰωνῶν*, vel *οἱ ἐπ' οἰωνοῖς ἱερεῖς* vel *οἱ οἰωνοῖς μαντευόμενοι*, et sicut eas appellationes magistratuum, quorum designationibus addebantur munera, ut fiebat in collegiis senatoriis minoribus et officialibus aulae imperatoriae, per translationem redditas esse supra vidimus, ita reperimus in monumento Ancyrano[8]) et nonnullis titulis aetatis impera-

1) E. g. Demosth. LIX 75. 2) LVII 8. 3) Gr. VII 9, XVI 7, XVII 9.
4) Gr. VII 18. 5) IG. XII 2, 164 b et seqq.
6) Apud scriptores inde a Iosepho et Plutarcho nobis occurrit.
7) Apud Appianum BC. IV 8. 8) Gr. XII 9.

toriae *δεκαπέντε ἄνδρες* = *XVviri sacris faciundis* et in titulo quodam aevi Antoniniani[1]) *ἱερεὺς πεντακαιδέκανδρος ἐπὶ τῶν ἱεροποιῶν* = *XVvir sacris faciundis*. Diversissime autem reddebatur Graece appellatio *virgo vestalis*. Sane saepe invenitur apud scriptores interpretatio nuda vocis *vestalis* *ἑστιάς*, sive per se posita sive cum *παρθένος* coniuncta, cui appellationi simillima est illa *ἑστιοῦχος* glossariorum. Deinde inveniuntur appellationes *ἱέρεια τῆς Ἑστίας* in uno titulo[2]) et apud multos scriptores, *Ἑστίας ἀμφίπολος* sive *θυηπόλος* sive *πρόπολος* apud Dionysium, *ἱερὰ κόρη* apud eundem, *ἱερὰ παρθένος* in titulis tribus[3]) et apud Dionysium, Plutarchum, Appianum, *ἀειπαρθένος* apud Cassium Dionem. Denique addenda sunt vocabula *θιασῶται* = *sodales (Augustales)* Cassii Dionis, *ἑταῖρος Τίτιος* = *sodalis Titius* monumenti Ancyrani[4]), et etiam illa, quae magis descriptiones munerum quam interpretationes esse videntur, *εἰρηνοδίκης* et *εἰρηνοφύλαξ* = *fetialis* apud scriptores, *ἱερόπτης* Cassii Dionis et *βωμοσκόπος*, *θυοσκόπος*, *ἡπατοσκόπος*, *σπλαγχνοσκόπος* glossariorum = *haruspex*.

Denique nomina ludorum feriarumque saepe per translationem Graece reddebantur, praecipue ea, quae aut nomina deorum continebant aut de his derivabantur; nam deus Graecus qui Romano respondebat facile substitui poterat. Itaque reperimus apud Cassium Dionem *τὰ Ἄρεια* = *ludi Martiales* et *τὰ Ἡφαίστεια* = *Volcanalia*, apud Plutarchum *ἑορτὴ Δήμητρος* = *Cerialia*, apud Lydum *ἑορτὴ τῆς Ἑστίας* = *Vestalia*, in glossariis *τὰ Δημήτρια* = *Cerialia*, *τὰ Ἀφροδίσια* = *Veneralia*, *ἑορτὴ Διονύσου* = *Liberalia*, denique pro *Saturnalia* reperitur *τὰ Κρόνια* cum apud scriptores et in glossariis tum in papyro saeculi tertii aut quarti[5]), nec non appellationes duae apud Plutarchum *αἱ Κρονιάδες* et *ἡ Κρονικὴ ἑορτή*. Sed etiam appellationes aliae nobis occurrunt et apud scriptores et in glossariis tales, *τὰ Ῥωμαῖα* = *ludi Romani* apud Cassium Dionem, *ὄχλου φυγή* apud Plutarchum et *τροπὴ τοῦ πλήθους* apud Dionysium = *poplifugium*, *μωρῶν ἑορτή* = *stultorum feriae* apud Plutarchum, *καθαρμὸς ὅπλων* apud Lydum, et *ὁπλοκαθαρμός*, *ὁπλοκαθάρσια*, *ὅπλων κάθαρσις* in glossariis = *armilustrium*. Denique inveniuntur in glossariis appellationes *νέων ἑορτή* = *Iuvenalia*, *ξυνολόγια* = *Carmentalia*, *ἐλευθέρια* = *Liberalia*, *ὁροθέσια* et *ὅρων διάκρισις* = *Terminalia*, quae omnes vocabulorum Latinorum interpretationes Graecae sunt.

Itaque partem vocabulorum sollemnium iuris Romani in linguam Graecam conversorum haud parvam per translationem redditam esse et imprimis eas appellationes, quibus designabantur magistratus extraordinarii et qui temporibus inferioribus constituti sunt, quibus similes

---

1) CIG. 4029 = IGR. III 172 (ubi sane legitur *ἱεροποιῶν*).
2) IG. XII 2, 58 b. 3) IG. III 875, 876, 877. 4) Gr. IV 7.
5) P. Oxy. 122.

Graeci nulli respondebant, denique multa collegia numeri certi hominum ad munus certum conficiendum instituta, omnes hac ratione conversas esse ex hoc capite apparet.

## III.

Tertio capite ad rationem convertendi tertiam — *transcriptionem* — nos vertamus. Nam quamquam vocabula sollemnia plurima aut per comparationem aut per translationem Graece reddita esse vidimus, aliqua tamen ita convertebantur ut voces Latinae litteris Graecis scriberentur[1]). Quod duobus ex causis fiebat, aut quod vox Graeca inveniri non poterat, qua apte per comparationem sive translationem redderetur vocabulum Latinum, aut quod vocem Graecam qua vulgo convertebatur non cognoscebat scriptor. Aliquando etiam, praecipue apud Lydum, utraque ratio comparet, quare reperiuntur et appellatio per comparationem sive translationem orta, et vox Latina litteris Graecis scripta.

Atque ut nomina magistratuum rei publicae liberae vulgo per comparationem, aliquando quidem per translationem, Graece reddita esse supra vidimus, ita unum vocabulum erat, cui nullus magistratus Graecus neque ulla interpretatio idonea respondebat, nempe *dictator*. Nam quamquam cum duce Graeco *στρατηγὸς αὐτοκράτωρ* hanc appellationem aequare conati sunt Polybius et Diodorus, tamen non sufficiebat locutio Graeca, quae voci *imperator* multo similior erat, neque magis succedebat interpretatio *εἰσηγητής*. Idcirco non mirandum est quod Polybius praeter *στρατηγὸς αὐτοκράτωρ* saepe utitur voce *δικτάτωρ*, quod exemplum secuti sunt scriptores plerique. In titulis quidem dictator aetatis antiquioris videlicet nobis non occurrit, sed Sullam *δικτάτωρ* appellatum in senatus consulto de Stratonicensibus anni 672/82[2]) reperimus, et *δικτάτωρ* in Caesaris titulis et edictis apud Iosephum conservatis[3]) comparet. Atque ut vocabula de appellationibus magistratuum ceterorum derivata in usu erant, ita apud Dionysium, Plutarchum, Cassium Dionem invenimus *δικτατορία*, vocem per analogiam illarum *ὑπατεία*, *στρατηγία* et ceterarum perperam formatam, cum voce *δικτατοῦρα* semel usus sit Lydus[4]), et participium *δικτατορεύων* = *dictator* in uno Dionysii fragmento[5]) occurrat.

Sed appellationes magistratuum antiquorum ceterorum Graece transcriptae non reperiuntur, nisi in titulis aetatis imperatoriae inferioris et apud Lydum. Itaque semel nobis occurrit in titulo quodam anni 146[6]) vocabulum *consul* Graece transcriptum, et primum in titulo

---

1) De ratione voces Latinas Graecis litteris scribendi cf. Eckinger, Die Orthographie lateinischer Wörter in griechischen Inschriften, München 1891.
2) BCH. IX 437. 3) Ioseph. AI. XIV 190. 199. 211. 4) Mag. I 38.
5) AR. XIV 5. 6) IG. XIV 1084 = IGR. I 144.

saeculi alterius[1]), ut videtur, invenitur *πραίτωρ*, cum in duobus aliis[2]) quoque reperiatur et praecipue apud Lydum, qui scripsit *πραίτωρ οὐρβανός* et *πραίτωρ τουτηλάριος*. Item invenitur *κυαίστωρ* in tribus modo titulis, ex quibus unus saeculi tertii est, ceteri aetatis incertae, et apud Lydum, qui voce *κήνσωρ* quoque pariter cum *τιμητής* utitur. *Αἰδίλης* autem non nisi coniectura comparet, nempe titulus Galaticus[3]) ita suppletus est ut legatur [*αἰδίλης*] *κουρούλης*, quamquam et in titulis duobus et apud Cassium Dionem, ut supra commemoratum est, reperitur locutio *ἀγορανόμος κουρούλλιος*.

Etiam appellationes collegiorum magistratuum minorum transcriptas nonnunquam invenimus, etsi nomen totum non apparet. Itaque pro *X vir stlitibus iudicandis* reperitur in titulo saeculo alterius aut tertii[4]) *δεκέμβερ*[5]), in altero aetatis incertae[6]) *δεκέμ*[*ουιρ*], et pro *IV vir viis in urbe purgandis* in titulo saeculi primi aut alterius[7]) *κουαττορουίρος*, in altero saeculi tertii[8]) *βιό*[*κ*]*ουρος*[9]), denique addenda est locutio *τρία*[*νδρος μονετᾶλι*]*ς* quae in titulo aetatis Antoninianae[10]) suppleta est.

Appellationes principis vulgo per translationem Graece redditas esse iam vidimus, sed duas cum translatas tum transcriptas reperimus. Nam pariter cum voce *Σεβαστός*, *Αὔγουστος* quoque usitata erat; comparet enim primum in gemma Neroniana[11]), posthac in multis titulis aetatis imperatoriae inde ab aevo Hadriani et praecipue Byzantinae, cum iam appellatio *Augustus* significationem pristinam perdidisset et pro nomine proprio haberetur, nec non apud Cassium Dionem. Item *Αὔγουστα* nonnunquam nobis occurrit, primum in gemma Agrippinae[12]), deinde in titulo quodam aetatis Severianae[13]), ut videtur, et apud Cassium Dionem. Etiam alia appellatio uxoris principis, *mater castrorum*, transcribebatur, quam locutionem *μήτηρ κάστρων* in multis titulis saeculi tertii invenimus, cum alteram quoque formam per translationem ortam *μήτηρ στρατοπέδων* in usu fuisse viderimus. Denique una cum his vocabulis commemorandum est illud *κουβικουλάριος* duorum aetatis Byzantinae titulorum[14]), cum iam permulta nomina transcriberentur.

Ac statim ex vocabulis ad populum eiusque partes pertinentibus

---

1) IG. VII 1866.

2) *πραίτωρ ἀποδεδειγμένος* = *praetor designatus* BCH. VII 20 = IGR. III 188 et [*πραί*]*τωρ πολε*[*ιτικός*] = *praetor urbanus* IG. III 630. In titulo Ephesio reperitur *πραίτωρ καὶ πρεσβευτής* = *legatus pro praetore* IBM. 540.

3) BCH. VII 36. 4) BCH. VI 436.

5) De *β* pro *υ* scripto cf. Eckinger op. cit. 85 seqq.

6) Insch. Olymp. 359. 7) IG. XII 2, 235. 8) Eph. Ep. I p. 222.

9) *Viocurus*, Varr. de L. L. V 158, cf. *viocurus* = *curator viae* (magistratus municipalis), Hirschfeld, VG. 112 adn. 4. 10) IG. VII 89.

11) CIG. 7107. 12) CIG. 7061. 13) BCH. XI 218 n. 8.

14) BCH. II 289; CIL. III 7152.

pauca Graece transcripta inveniemus. Quorum imprimis nomen *πατρίκιος* in monumento Ancyrano[1]) et duobus aliis titulis[2]), nec non apud scriptores Dionysium, Plutarchum, Lydum comparet, quamquam vocabulum *εὐπατρίδης* quoque in usu fuisse vidimus. Contra vocem, quae Graece converti non poterat, *Quirites*, transcriptam saepe reperimus, sive per formam *κυρῖτες* apud Dionysium, Strabonem, Plutarchum, sive *κυΐρῖται* apud Cassium Dionem. Item vocabulum *patronus* transcriptum per formam *πάτρων* passim in titulis et apud scriptores Diodorum ac Plutarchum nobis occurrit, cum vocabulum quoque per comparationem ortum *προστάτης* nonnunquam reperiatur. Appellationes derivatae quoque usitatae erant, nam inveniuntur in titulis *πατρωνεύων* — *patronus* et *πατρώνισσα* — *patrona*, atque apud Dionysium et Plutarchum *πατρωνεία* — *patronatus*.

Quod autem ad partes populi attinet, vocabula *κουρία* et *τρίβους* aliquando nobis occurrunt, sed tum praecipue cum scriptores significationes vocum *φρατρία* et *φύλη* plane exponere volunt, nisi quod Dionysius vocabulo *κουρία* promiscue cum *φρατρία* et *φράτρα* saepe utitur. Contra *pagus* apud Dionysium et Plutarchum non invenitur nisi transcriptus, *πᾶγος*, quamquam in glossariis reperiuntur *δῆμος*, *τοπαρχία*, *ὀροθεσία* et nomina alia a Graeco translata.

Alia quoque vocabula publica transcripta saepe invenimus, ut imprimis *κολωνία* et *μουνικίπιον*, alterum in edicto Claudii imperatoris apud Iosephum[3]) et in multis titulis aetatis imperatoriae, alterum in eodem edicto et duobus titulis Siciliae[4]). Etiam saepe transcribebantur nomina utriusque thesauri publici. Nam quamquam vidimus vocabula *aerarium* et *fiscus* per *ταμιεῖον* (sive *ταμεῖον*) saepe reddita esse, tamen in permultis titulis saeculorum alterius et tertii comparet vox *φίσκος* sive per se posita sive cum aliis coniuncta, ut ὁ *Καίσαρος φίσκος*, ὁ *κύριος φίσκος*, ὁ *κυριακὸς φίσκος*, et *αἰράριον* in monumento Ancyrano[5]) et titulis quibusdam aetatis imperatoriae reperitur, aliquando etiam in locutione hybrida *ἔπαρχος αἰραρίου* (sive *τοῦ Κρόνου* sive *στρατιωτικοῦ*) titulorum aetatis imperatoriae. Qua cum locutione conferendae sunt hae aliae et ipsae e vocabulis diversarum originum compositae, *ἔπαρχος ἀλειμέντων* — *praefectus alimentorum*[6]), *ἔπαρχος ἀννωνῶν* — *praefectus annonae*[7]), *ἔπαρχος οὐιγίλων* — *praefectus vigilum*[8]), *ἐπίτροπος τῆς πριουάτης*[9]) et *ἐπιτροπεύσας λόγων πριβάτης*[10]) — *procurator rationis privatae*, *ἔπαρχος βειχούλων* — *praefectus vehiculorum*[11]), *ἐπίτροπος δουκηνάριος* — *procurator ducenarius* et similes. Sed maximi momenti est appellatio non minus

1) Gr. IV 8. 2) IG. XIV 2578, 4; CIG. 4351. 3) AI. XIX 291.
4) IG. XIV 367 — IGR. I 509; IG. XIV 954. 5) Gr. IX 12, XVIII 17.
6) IGR. III 618. 7) CGL. III 182, 49 et al. 8) CIL. III 6574 — S. 7126.
9) Papyrus Rainer, Wiener Stud. 1902, 145.
10) IG. XIV 911 — CIL. X 6539. 11) CIG. 2509.

hybrida *ἔπαρχος πραιτωρίου* (sive *τοῦ ἱεροῦ πραιτωρίου*) primum inventa in titulo quodam aetatis M. Aurelii[1]), deinde in titulis saeculi tertii, sed praecipue aetatis Byzantinae; atque apud Lydum et in titulo quodam anni 420[2]) reperitur *ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων*, in titulo alio aetatis Byzantinae[3]), ut videtur, et in glossariis *ὕπαρχος πραιτωρίου*, apud Lydum autem *ὕπαρχος τῶν πραιτωρίων*. Praeterea vox *πραιτώριον* = *praetorium militare* in papyro uno[4]) et titulis paucis aetatis imperatoriae et glossariis nobis occurrit, et per se posita et in locutionibus *τὸ ἡγεμονικὸν πραιτώριον*[5]) et *οἱ τοῦ πραιτωρίου τοῦ ἀνθυπάτου*[6]).

Iam de vocabulis ad rem militarem pertinentibus verba faciamus, inter quae permulta Latina Graecis litteris scripta nobis occurrunt. Nam et ordines militares et milites diversorum generum et praefecti militum per transcriptionem meram appellationum Latinarum Graece saepe designabantur, quamquam haec ratio convertendi saepius in titulis papyrisque quam apud scriptores, et plerumque in monumentis hominum obscuris locis natorum et linguae imperitiorum invenitur. Appellationes aliquae autem tali modo transcriptae tam crebro in titulis reperiuntur, ut pro sollemnibus habitae esse videantur, neque ullae aliae, quibus vocabulum designetur, nobis occurrant nisi apud scriptores. Ex quibus commemoranda est imprimis vox *λεγιών* (sive *λεγεών*[7])), quae et per se posita et in locutionibus *ἡγεμὼν λεγιῶνος*, *πρεσβευτὴς λεγιῶνος*, *ἔπαρχος λεγιῶνος*, *χιλίαρχος λεγιῶνος* passim in titulis papyrisque et apud paucos scriptores reperitur, etiamsi *στρατόπεδον*, *τάγμα*, *τέλος* et appellationes aliae quibus utuntur scriptores nusquam in titulis aut papyris inveniuntur, quare vox *λεγιών* pro appellatione sollemni habita esse videtur. Adiectivum quoque *λεγιωνάριος* (sive *ληγιωνάριος*) et per se positum pro *miles legionarius* in papyris, et in locutione *ἑκατόνταρχος λεγιωνάριος* in titulis duobus[8]) reperitur. Item vocabulum *cohors* transcriptum in titulis et papyris raro comparet, sed id quod apud Polybium legitur *κοόρτις* nusquam in monumentis aetatis inferioris invenitur, quae formam *χώρτη* exhibent[9]), ut vox et per se ponatur et in locutionibus *χώρτη πραιτωρία*, *χώρτη βιγλῶν*, *χιλίαρχος χώρτης*, *ἔπαρχος χώρτης*, aliisque, sed nunquam pro vocabulo sollemni habita est vox *χώρτη*, nam vocabulum *cohors* per *σπεῖρα* recte et constanter Graece redditum esse supra vidimus. Vox *κεντυρία* (sive *κεντουρία*)

---

1) Cagnat 1902, 50. 2) CIG. 2712. 3) IGR. III 435.
4) BGU. I 288. 5) IG. XIV 2548. 6) CIG. 2347 q = IG. XII 5, 697.
7) De ε pro ι scripto cf. Eckinger op. cit. 29 seqq.
8) CIG. 2803; IGR. III 301.
9) In uno titulo (IG. XIV 2433) sane legitur *χιλίαρχος κοόρτης*, in altero (CIL. XII 7414) *κόρτη πραιτωρίου*, et in glossariis reperiuntur *ἔπαρχος τῆς κοόρτης* (-*τις*) ac *προτεταγμένος τῆς κοόρτης* (-*τις*).

quoque ut in titulis papyrisque invenitur, ita nusquam apud scriptores, cum in titulis non occurrant vocabula scriptorum *ἑκατονταρχία*, quod in papyris sane aeque ac *κεντυρία* reperitur, et *λόχος*, quae per comparationem orta esse supra vidimus. Nec aliter res se habet de ordinibus equestribus, nam quamquam *ἴλη* (sive *εἴλη*) appellatio sollemnis alae passim reperitur, ut supra dictum est, tamen nobis occurrit et in titulis et in papyris forma *ἄλη* (sive *ἄλα*), nec non aliquando invenitur *τύρμη* (sive *τούρμη*), cum scriptores vocibus *οὐλαμός* et *ἴλη* pro turma usi sint. Contra vocabulum illud, quod modo aetate inferiore in usu erat, *vexillatio*, non comparet nisi transcriptum, sive in formis *οὐηξιλλατίων*, *οὐιξιλλατίων*, *βιξιλατίων* in titulis papyrisque saeculorum tertii ac quarti, sive *βηξιλλατίων* semel apud Lydum[1]) et in glossariis. Item appellationes militum diversorum generum saepe transcribebantur. Itaque reperimus apud Plutarchum[2]) *μανιπλάριοι* = *manipulares*, apud Polybium *ἀστάτοι*[3]), apud Polybium et Dionysium *πρίγκιπες*[4]) et *τριάριοι*, in titulis et apud Herodianum *πραιτωριανός* et *στρατιώτης πραιτωριανός*, denique apud Dionysium et Lydum *κελέριοι*, apud Plutarchum *κέλερες*. Etiam alia vocabula rariora in titulis papyrisque nobis occurrunt, *σκουτάριος*, *λαγκιάριος* (sive *λαγκιάρις*), *στάτωρ*, *πρωτήκτωρ* (sive *προτίκτωρ*), *σιγγλάριος* (sive in papyris et apud Lydum *σιγγουλάριος*), *στατιωνάριος*, *προμῶτος* (etiam *προμῶται* in plurali forma[5])), *ἠουοκᾶτος*, aliaque. Etiam passim invenitur vocabulum *veteranus* transcriptum, *οὐετρανός* vulgo, *βετρανός* in tribus titulis aetatis incertae[6]), aut *βετερανός* in titulo urbano et ipso aetatis incertae[7]) et apud Lydum, cum apud scriptores ceteros reperiantur participia *ἐστρατευμένος*, *ἀπεστρατευμένος*, *ἐξεστρατευμένος*.

Quod ad praefectos militum et principales legionis attinet, multas appellationes transcriptas in titulis papyrisque reperimus, sed, ut e tabulis statim intellegetur, imprimis inferiorum ordinum praefectorum. Nam quamquam in duobus titulis saeculi a. Chr. n. primi ineuntis[8]) invenitur vox *ἰμπεράτωρ* de L. Licinio Murena triumphatore anno 673/81 dicta, nunquam tamen appellationes *legatus legionis* et *tribunus militum* transcribuntur, rarissime *praefectus*. Hoc vocabulum apud Polybium[9]) sane nobis occurrit litteris Graecis scriptum, quod *praefectum socium* designet, quem alio quidem loco[10]) scriptor *ἔπαρχος* appellasse videtur, sed praeterea in

1) Mag. I 46. 2) Rom. 8.
3) *ἄστατος* etiam in titulo graphio insculpto Hierosolymitano Le Bas III 1903 a.
4) In titulo Pisidico (CIG. 4381 b) legitur *στρατιώτην πρίνκιπα* ... = *princeps* secundum Boeckhium, cum *στρατιώτην πριγκιπά[λιν]* = *miles principalis* suppleverit Cagnat, IGR. III 394 = 503. 5) Lyd. Mag. I 48, III 2.
6) IG. XIV 928; CIG. 3112; BCH. XI 484. 7) IG. XIV 1470.
8) IG. XII 1, 48 = Ditt.[2] 332; Le Bas II 318 a. 9) VI 26, 5 et saepe.
10) XI 27, 2.

duobus modo titulis invenitur vox *πραιφέκτος*, altero Brundisino circa a. 178 exarato[1]), ubi est [*π*]*ρ*(*αιφέκτος*) *χώρ*(*της*), altero Massiliensi saeculi tertii[2]), ubi leguntur *πραιφέκτος σπείρας* et *πραιφέκτος ἐξπλωρ*(*ατόρων*), nam vulgo designatum esse praefectum voce *ἔπαρχος* supra demonstratum est. Sed ea appellatio, quae inferioribus modo temporibus in usu erat, *praepositus*, saepe in titulis et papyris reperitur Graecis litteris scripta. Itaque comparent locutiones *πραιπόσιτος λεγιῶνος*[3]), *πραιπόσιτος εἴλης*[4]), *πραιπόσιτος σπείρας*[5]), *πραιπόσιτος βιξιλατιώνων*[6]), et vocabulum *πραιπόσιτος* per se positum in titulis papyrisque quibusdam invenitur. Sed imprimis praefectorum inferiorum ordinum appellationes transcriptas in titulis et papyris invenimus, et quo inferior erat ordo, eo constantius transcribebatur appellatio. Nam quamquam *centurio*, ut vidimus, vocabulis *ἑκατόνταρχος* passim et in titulis papyrisque et apud scriptores, et *λοχαγός* non nisi apud scriptores designabatur, tamen vox *κεντυρίων* quoque in aliquibus titulis et papyris inde ab Augusti aetate usque ad saeculi alterius finem aut tertii initium reperitur, et aliquando inveniuntur vocabula *πριμιπίλος*[7]) (sive *πριμοπίλος*), *πριμιπιλάριος* (sive *πριμοπιλάριος*), *ὠρδινάριος* (sive *ὀρδινάριος*), *πρίνκιψ* (sive legionis sive cohortis). Item pro *decurio* pariter cum *δεκάδαρχος* reperimus in titulis *δεκουρίων*, atque nomina *duplicarius* et *sesquiplicarius* transcripta semper in titulis et papyris inveniuntur. Sed praecipue appellationes principalium et apparitorum militarium transcribebantur, ut vix ulla interpretatio Graeca horum vocabulorum in titulis et papyris reperiatur, quod minime mirandum est; nam militibus talibus magis expediebat appellationes suas litteris Graecis scribere quam Graece interpretari. Itaque passim inveniuntur vocabula *ὀπτίων*, quamquam vox *optio* per *οὐραγός* a Polybio et, ut videtur, a Iosepho, et per *διάγγελος* a Plutarcho convertebatur, *τεσσεράριος* (apud Plutarchum[8]) *διόπτηρ*), *οὐηξιλλάριος*, *κορνικουλάριος* (in permultis monumentis et apud Lydum), *βενεφικιάριος*, *στράτωρ*, *φρουμεντάριος* (*γραμματοφόρος*, ut videtur, apud Cassium Dionem[9])), *ἀκτουάριος* (et *ἀκτωάριος* et *ἀκτάριος*), *ταβουλάριος*, multaque alia nomina principalium militarium ordinum inferiorum, quare, quamquam praefecti ordinum superiorum appellationes suas aut per comparationem aut per translationem Graece reddebant, praefectos inferiores tamen et principales, quorum plurimi elegantioris Graecitatis plane imperiti erant, vocabula Latina litteris Graecis nude transcripsisse apparet.

Denique appellationum sacrarum quoque plerasque transcriptas invenimus. Quarum commemoranda est imprimis vox *κόντιφεξ*, quae

1) IG. XIV 690 — IGR. I 465. 2) IG. XIV 2433 — IGR. I 10.
3) Papyri, P. Oxy. 43 R. V; BGU. 21 III. 4) CIG. 3497. 5) Idem.
6) BCH. X 227 — IGR. III 481. 7) Etiam apud Dionys. IX 10.
8) Galb. 24. 9) LXXVIII 14. 15.

semper et in titulis et apud Cassium Dionem, aliquando etiam apud alios scriptores reperitur. Nam, ut supra demonstratum est, vocabulo *ἀρχιερεύς* designabatur cum sacerdos maximus provinciae et qui cultui principis praeesset, tum pontifex maximus, sed raro pontifex, quae vox aetate imperatoria saltem in titulis constanter transcribebatur, ut *πόντιφεξ* appellatio sollemnis fieret. Item *pontifex maximus* appellatur a Plutarcho *ὁ μέγιστος πόντιφεξ*[1]) et *ὁ μέγιστος τῶν ποντιφίκων*[2]), et titulus saeculi tertii exeuntis[3]) ita suppletus est ut legatur *προμαγ(ίστηρ) π[οντιφ.?]*. Atque semper in titulis comparet *αὔγουρ*, quod vocabulum etiam in monumento Ancyrano[4]) et apud Plutarchum occurrit. Nam quamquam scriptores quosdam, praecipue Dionysium et Cassium Dionem, appellationibus de Graecis sumptis usos esse supra demonstratum est, in titulis nusquam invenitur vocabulum *augur* nisi transcriptum, quare vox *αὔγουρ* aeque ac *πόντιφεξ* pro appellatione sollemni habita esse videtur. Quod ad cetera collegia amplissima duo attinet, *XVvir sacris faciundis* et *VIIvir epulonum* et per comparationem et per translationem convertebantur, ut iam vidimus, sed nobis occurrunt hae transcriptiones: *κυινδεκίμουιρ* in titulo saeculi tertii[5]), et *σεπτέμουιρ ἐπουλώνουμ* in titulis quibusdam aetatis Hadriani[6]) ac *σεπτίμβερ ἐπούλων* in titulo Cretensi aetatis incertae[7]). Appellationem *flamen* sive generalem sive accuratius definitam apud scriptores transcriptam invenimus, apud Plutarchum *φλάμινες*, *οἱ καλούμενοι φλαμίνιοι*, *φλαμίνικα*, *φλάμιν διᾶλις*, *φλάμιν κυρινάλιος*, apud Cassium Dionem *διάλιος*, apud Appianum *φλαμέντας*, quarum utraque *flaminem Dialem* designat. Tum apud scriptores reperiuntur transcriptae voces *fetialis* et *salius*. Nam apud Dionysium et Plutarchum[8]) comparet *φητιᾶλις*, quod vocabulum in monumento Ancyrano[9]) quoque et fortasse in titulo aetatis Antoninianae[10]) nobis occurrit, sed etiam apud Plutarchum[11]) *φιτιάλις*, denique apud Cassium Dionem[12]) *φητιάλιος*. Deinde appellatio *σάλιος* cum in monumento Ancyrano[13]) tum apud scriptores Polybium, Dionysium, Plutarchum, Lydum legitur, nec non locutiones compositae sunt *σάλιος κόλλεινος* in titulo quodam aetatis Hadriani[14]), atque *σάλιοι παλατῖνοι* et *σάλιοι κολλῖνοι*[15]) sive *ἀγωναλεῖς* apud Dionysium[16]). Aliorum quoque sacerdotum nomina complura aut partim aut omnino transcripta occurrunt. Itaque *ἱερεὺς ἐν τοῖς Αὐγουσταλίοις* = *sodalis Augustalis*, ut videtur, in titulo anni 116/7[17]) invenitur, nec non in titulis tribus saeculi

1) Num. 9. 2) Num. 10. 3) IG. XIV 1076 = CIL. VI 3836.
4) Gr. IV 5, VIII 20. 5) IGR. III 618.
6) Insch. Perg. 436 et seqq.; CIG. 3548. 7) Cagnat 1890, 135.
8) Cam. 18. 9) Gr. IV 7. 10) IG. III 626, ubi legitur *φ[ητιᾶλις]*.
11) Num. 12, QR. 62. 12) L 4. 13) Gr. V 17.
14) Apud Waddington, Fastes p. 721.
15) Etiam in fragmento Cassii Dionis. 16) AR. II 70.
17) BCH. III 272.

alterius[1]) reperimus *σοδᾶλις Ἀδριανᾶλις*, in monumento Ancyrano[2]) *ἀδελφὸς ἀρουᾶλις*, in titulis aetatis Hadriani supra citatis[3]) *φράτηρ ἀρουᾶλις*, in titulo saeculi alterius[4]) *ἱερεὺς Λαυρεντῖνος*, in titulo saeculi alterius ineuntis[5]) *ὕπατος Καινεινήνσις ἱερῶν δήμου Ῥωμαίων*, in titulo urbano aetatis incertae[6]) *ἱερεὺς Σουκινιανῶν*, denique apud Plutarchum ac Lydum *λουπέρκοι* et apud Dionysium *κουρίωνες*.

Denique quod ad feriarum et ludorum nomina attinet, multa transcripta invenimus. Nam feriarum hae appellationes comparent: in monumento Ancyrano[7]) et apud Cassium Dionem *τὰ Αὐγουστάλια*, apud Plutarchum et Appianum *τὰ Λουπερκάλια*, apud Dionysium, Plutarchum, Cassium Dionem *τὰ Παρίλια*, apud Dionysium et Plutarchum *τὰ Τερμινάλια* ac *τὰ Κωνσουάλια*, in papyro anni 100[8]) *τὰ Σατορνάλια*, in titulo aetatis incertae[9]) *τὰ Παρεντάλια*, apud Dionysium *τὰ Κομπιτάλια* et *τὰ Παγανάλια*, apud Plutarchum *τὰ Καρμεντάλια*, *τὰ Φουρνικάλια*, *τὰ Ματρωνάλια*, *τὰ Κυρινάλια*. Quarum appellationum ad similitudinem scribebantur ludorum quoque nomina, quae Latine designabantur voce *ludi* cum adiectivo de nomine proprio derivato coniuncta, ut illa monumenti Ancyrani[10]) locutio *θέαι ὀνομαζόμεναι Σαικλάρεις*. Sic legimus apud Cassium Dionem *τὰ Σαικουλάρια*, *τὰ Φλωράλια*, *τὰ Νερώνεια*, quod nomen etiam in tessera urbana[11]) comparet, et in titulis compluribus saeculorum alterius et tertii *τὰ Καπιτώλεια* (sive *Καπετώλεια*) ac *τὰ Ἀδριάνεια*, quorum vocabulorum nullum pro transcriptione nuda haberi potest.

Transcripta igitur multa vocabula invenimus, praecipue in inferioris aetatis monumentis, sed pauca modo universorum in usu fuisse apparet; nempe quae per comparationem aut translationem Graece facile converti non possent, imprimis *patricius*, *Quirites*, *dictator*, *pontifex*, *augur*, *legio*, constanter transcribi solebant, sed in re militari appellationes modo praefectorum inferiorum Graece transcriptas esse vidimus, qui nimirum modum facillimum appellationum convertendarum praeferebant. Itaque rationem vocabula sollemnia iuris Romani per transcriptionem Graece reddendi minoris momenti fuisse quam ceteras neque apud homines utriusque sermonis peritos multo in usu fuisse constat.

---

1) Insch. Olymp. 620; IG. IV 588; CIG. 1327. 2) Gr. V 7.
3) Insch. Perg. 436 et seqq.; CIG. 3548. 4) BCH. VII 275 n. 17.
5) IG. III 623/4. 6) IG. XIV 1082. 7) Gr. VI 14. 8) P. Fay. 119.
9) BCH. XXIV 321 = Cagnat 1901, 124. 10) Gr. XII 11.
11) IG. XIV 2413, 43.

# TABULAE.

Quae scribuntur post vocabula notae numeri modum Graece convertendi indicant nempe (I) comparationem, (II) translationem, (III) transcriptionem. Quae dantur litteris minoribus non sollemnia vocabula sed a scriptoribus aut elegantiae aut variandi studio ad arbitrium ficta esse videntur.

# I.

# Senatus Populusque Romanus.

**Senatus Populusque Romanus.**

*ἡ σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων* (I). SC. de Tabenis ca. a. 669/85 BCH. XIII 503. SC. de Asclepiade sociisque a. 676/78 IG. XIV 951 = CIL. I 203 = IGR. I 203. Decretum Sardianorum ap. Ioseph. AI. XIV 260.

*ἡ σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων* (I). SC. de Tabenis ca. a. 669/85 BCH. XIII 503. Mon. Anc. Gr. III 14 (*ὁ Ῥωμαίων* Mon. Apoll.); VII 12; XVII 20; XVIII 4. Edictum Caesaris Dictatoris a. 707/47 ap. Ioseph. AI. XIV 199.

*ἡ σύγκλητος καὶ δῆμος Ῥωμαίων* (I). Epist. C. Cassii ad Nysaenses a. 666/88 Ath. Mitt. XVI 95. 101. 441 = Ditt.$^2$ 328. Edictum Caesaris a. 710/44 ap. Ioseph. AI. XIV 212. Plut. Galb. 5. 22.

*ἡ ἱερὰ σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων* (I). Tit. Rhodius a. 79—81 IG. XII 1, 58. Tit. Thracius a. 202 BCH. XXII 480 = Ditt.$^2$ 932, 5. Tit. Bithynicus a. 269 CIG. 3748 = IGR. III 40.

*ἡ ἱερὰ σύγκλητος καὶ δῆμος τῶν Ῥωμαίων* (I). Tit. Phrygius a. 202/3 Le Bas III 1700 = CIG. 3956 b et add. III p. 1106.

*ἡ ἱερὰ σύγκλητος καὶ δῆμος Ῥωμαίων* (I). Tit. Bithynicus aet. Traiani CIG. 3744 = IGR. I 38. Tit. Isauricus a. 166—172 IGR. III 287. Tit. Naxius ca. a. 240 BCH. XXI 19. Tit. Lydius aet. incert. BCH. IX 398 et alii.

*ἡ θεὸς σύγκλητος [καὶ ὁ] δῆμος Ῥωμαίων* (I). Tit. Phrygius aet. Hadriani Ath. Mitt. XXII 480 = Cagnat 1898, 134.

**Senatus.**

*σύγκλητος* (I). Plebiscitum Lampsacenorum a. 558/196 Ath. Mitt. VI 96. 212 = Ditt.$^2$ 276, 50 et 67. Epist. Messallae ad Teios a. 561/193 CIG 3045 = Ditt.$^2$ 276. SC. de Magnetibus ca. a. 564/190 Insch. Magn. 93 b = Ditt.$^2$ 928 II b. SC. de Asclepiade sociisque a. 676/78 IG. XIV 951 = CIL. I 203 = IGR. I 118. Mon. Anc. Gr. I 4; III 3; IV 9 et saepe. Epist. Proconsulis Asiae aet. Augusteae CIG. 2222 = Ditt.$^2$ 355. Tit. Argolicus aet. Hadriani IG. IV 590 = CIG. 1124 et permulti alii cum aetatis liberae rei publicae tum aetatis imperatoriae. Edictum Flaminini a. 558/196 ap. Polyb. XVIII 46, 5. SC. de Iudaeis ap. Ioseph. AI. XIV 207. 210. Passim apud scriptores

Polyb. Diodor., Plut., Ioseph., Appian. Cass. Dio LXXVII 3. Lyd. Mag. I 38; III 27. CGL. II 182, 7; 440, 30; 489, 42; 513, 48 et al.

*ἡ σύγκλητος βουλή* (I). Tit. Rhodius saec. II—III IG. XII 1, 786 (*τὰ τῆς ἱερᾶς βουλῆς συγκλήτου δόγματα*). Tit. Ciliciensis metricus aet. Severianae BCH. VII 325, n. 24. Herodian. I 2, 2; 7, 3; 8, 7 et passim.

*βουλή* (I) Mon. Anc. Gr. I 5. Tit. Urbanus aet. Antoninianae IG. XIV 1392 = CIG. 6185 = IGR. I 196 = Ditt.[3] 399. Tit. Urbanus metricus a. 399 IG. XIV 1075 = CIG. 6232. SC. de Iudaeis a. 622/132 ap. Ioseph. AI. XIII 260. Diodor. XXVIII 11, 15; XXXIV/XXXV 33. Herodian. I, 6, 6; 8, 5; II 3, 2; 12, 6; VII 1, 4 et passim apud Dionys., Plut., Ioseph., Cass. Dion., Lydum.

*συνέδριον* (I). Polyb. I 11, 1; III 9, 4 et al. Dionys. II 45; IV 30. 80, 84 et al. Diodor. XXVI 14, 1; XXIX 21. 22; XXX 8 et al. Plut. Cat. 3. Cass. Dio XXXVIII 6; XXXIX 1 et al.

*τὸ μέγα συνέδριον* (I). Plut. Fort. Rom. 4.

*τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς* (I). Dionys. II 14; IV 40, 72 et al.

*τὸ βουλευτικόν* (I). Plut. Rom. 13; Fab. 9.

*τὸ βουκευτικὸν συνέδριον* (I). Dionys. V 56; VI 6, 9; XI 2.

*τὸ βουλευτικὸν τῶν γερόντων συνέδριον* (I). Dionys. II 13.

*τὸ συνέδριον τῆς γερουσίας* (I). Dionys. II 30.

*γερουσία* (I). Diptychon a. 525 IG. XIV 2418 = CIG. 8632. Dionys. II 2; VI 18. Diodor. XIV 113, 7 et 8; XXVIII 12. Plut. Rom. 13, 27; Fab. 18; Marc. 23; Caes. pass. Cass. Dio XXXVI 22. 35 et pass. Lyd. Mag. I 38. CGL. III 275, 48.

*βουλευτήριον* (I) (vocabulum a *curia senatus* ad *senatum* translatum). Dionys. II 12; VI 85. Diodor. XXIII 14, 5; 15, 4. Appian. BC. I 59; II 108, 115; III 5 et al. Cass. Dio XXXVIII 30.

## Senator.

*συγκλητικός* (I). Mon. Anc. Gr. XIX 9. Tit. Parius a. 204 CIL. III 14203[9] = Le Bas II 2110 = IG. XII 5, 132 = Ditt.[3] 415. Diodor. XX 36, 5; XXVI 14, 1; XXIX 21 et al. Plut. Fab. 9; Cat. 16. 20; Sull. 30. Cass. Dio LXIII 15. CGL. II 440, 26; III 182, 56; 275, 49; 284, 60 et al.

*βουλευτής* (I). Polyb. XXXI 12, 5. Dionys. II 12. 14. 57 et al. Plut. Rom. 13. 27; Publ. 3; Cam. 42 et al. Ioseph. AI. XIX 62. 100. 161. 185 et al. Appian. BC. I 5. 22. 35 et. al. Cass. Dio XXXVI 22. 37; XXXVII 41 et al. Lyd. Mag. III 62.

*ἀνὴρ βουλευτής* (I). Plut. Mar. 43; Cic. 11. 21; Comp. Nic. et Crass. 2. Appian. BC. IV 13; Mith. 77. Cass. Dio XXXVII 26. 36; LVIII 21.

*ἀνὴρ βουλευτικός* (I). Plut. Brut. 15. Cass. Dio fr. 57, 28 B (ed. Boissevain I pp. CXIX—CXX).

*βουλευτικός* (I). Plut. Cic. 31.

*βουλεύων* (I). Dionys. VI 66; XI 4. Plut. Pomp. 14. Appian. BC. I 28. Cass. Dio XXXIX 28; XLVIII 33; XLIX 12 et al.

*σύνεδρος* (I). Dionys. III 29; V 54. 57. 60 et al. Diodor. XX 36, 5; XL 5, 1.

*πρόβουλος* (I). Appian. BC. II 131.

*σύμβουλος* (I). Dionys. XI 16. Appian. Pun. 57.

*οἱ ἐκ τῆς συγκλήτου* (I). SC. de Thisbensibus a. 584/170 IG. VII 2225 = Ditt.[3] 300. Polyb. III 97, 1.

*οἱ τὴν σύγκλητον βουλὴν νέμοντες* (I). Herodian. II 6, 2.

*οἱ βουλευταὶ οἱ ἐκ τῆς γερουσιάς* (I). Cass. Dio LII 31.

*οἱ ἀπὸ βουλῆς* (I). Plut. Paull. 31; Pomp. 61; Caes. 10 et al. Appian. BC. I 71. 94; II 72 et al. Herodian. VII 1, 4.

*οἱ ἐκ τῆς βουλῆς* (I). Ioseph. AI. XIX 125. 227. Appian. BC. I 28; III 84. Cass. Dio XXXIX 35; LXXIX 14. Lyd. Mag. II 9.

*οἱ ἐν τῇ βουλῇ* (I). Plut. Mar. 29.

*οἱ τοῦ συνεδρίου* (I). Polyb. XXXI 14, 5; XXXIII 1, 4.

*οἱ ἐκ τοῦ συνεδρίου* (I). Polyb. XXXI 12, 5. Dionys. V 70; VI 83. 85 et al. Diodor. XXIX 9; XXXII 3.
*οἱ ἐν τῷ συνεδρίῳ* (I). Polyb. XXVI 7, 4; XXX 17, 2 et al. Dionys. II 35; V 10. 28 et al.
*οἱ συνεδρίῳ βουλεύοντες* (I). Herodian. VII 7, 5.
*οἱ ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ συνεδρίου* (I). Dionys. I 70.
*οἱ εἰς τὴν γερουσίαν τελοῦντες* (I). Cass. Dio LXXVIII 41.
*πατέρες* (II). Dionys. V 33; VI 71; X 29.

**Patres** (i. e. Senatores Patricii, Momms. StR. III 839 adn. 2).
*πατέρες* (II). Plut. Rom. 13; QR. 58.

**Patres Conscripti.**
*πατέρες συγγεγραμμένοι* (II). Plut. Rom. 13; QR. 58.
*πατέρες ἔγγραφοι* (II). Dionys. II 12.
*ἄνδρες ἡγεμόνες* (II) (ita ab externis appellati). Plut. Rom. 13.

**Conscripti** (vocabulum perperam de senatoribus de Sabinis conscriptis dictum, cf. Momms. StR. III 839 adn. 2).
*οἱ συγγεγραμμένοι* (II). Lyd. Mag. I 16. (Cf. Dionys. II 47. 57.)

**Princeps Senatus.**
*ὁ πρῶτος τῆς συγκλήτου* (II). Polyb. XXXII 22, 5.
*ὁ πρῶτος τῆς ἱερᾶς συγκλήτου* (II). Papyrus anni 193 BGU. 646.
*πρόκριτος τῆς γερουσίας* (II). Cass. Dio LIII 1; LVII 8; LXXIII 1.
*προκρίτης τῆς βουλῆς* (II). Cass. Dio XLVI 20.
*ὁ τοῦ συνεδρίου προεστώς* (II). Diodor. XXIX 8.
*ὁ προκαθήμενος τοῦ βουλευτηρίου* (II). Diodor. XXXI 9, 4 et 7.

**Principatus Senatus.**
*προεδρία* (II). Plut. Paull. 38. Cass. Dio XLIX 15; LI 19.
*πρῶτος ἀξιώματος τόπος τῆς συγκλήτου* (II). Mon. Anc. Gr. IV 2.

**Senatus Consultum.**
*δόγμα συγκλήτου* (I). SC. de Magnetibus ca. a. 564/190 Insch. Magn. 93b = Ditt.$^2$ 928 IIb. SC. de Narthaciensibus et Melitaeensibus ca. a. 604/150 BCH. VI 356 = Ditt.$^2$ 307. Tit. Olympius ca. a. 614/140 Insch. Olymp. 52 = Ditt.$^2$ 314, 35. SC. de Oropiis a. 681/73 IG. VII 413 = Ditt.$^2$ 334, 30. Mon. Anc. Gr. V 16; VI 15; XVII 22; XVIII 14. Epist. Proconsulis Asiae aet. Augusti CIG. 2222 = Ditt.$^2$ 355. Tit. Parius a. 204 CIL. III 14203$^9$ = IG. XII 5, 132 = Ditt.$^2$ 415 et multi alii. Foedus inter Romanos et Iudaeos ca. a. 594/160 ap. Ioseph. AI. XII 417. SC. de Iudaeis ca. a. 622/132 ap. Ioseph. AI. XIII 262. SC. de Iudaeis a. 710/44 ap. Ioseph. AI. XIV 219. Decretum Pergamenorum ap. Ioseph. AI. XIV 252. Apud scriptores passim. e. g. Polyb. VI 13, 2. Diodor. XX 36, 1; XXXIV/XXXV 32, 1. Plut. Paull. 29; Pomp. 11; Ant. 31. CGL. III 276, 39.
*δόγμα συγκλητικόν* (I). Diodor. XXXIII 17.
*δόγμα τῆς βουλῆς* (I). Dionys. II 45; VI 1. 69; VIII 76. 87 et al. Plut. Marc. 9; Mar. 40; Cic. 15. Appian. BC. IV 59. Cass. Dio XXXVIII 25.
*δόγμα* (I). Tit. Cretensis ca. a. 616/138 CIG. 2561b = Mus. Italiano III 570, 72. 84, apud Insch. Mag. pp. 94 seqq., qui titulus similis est illi Insch. Magn. 105. SC. de Mytilenaeis a. 709/45 IG. XII 2, 35b. Polyb. I 11, 3; III 27, 7; VI 12, 3. Diodor. XXXVI 2, 2. Herodian. VII 10, 5 et passim apud Dionys., Plut., Appian., Cass. Dion.

*βούλευμα τοῦ συνεδρίου* (I). Dionys. IX 32.

*προβούλευμα* (I). Dionys. V 57. 69. 70; VI 38. 48 et al. Plut. Cor. 29. Cass. Dio XXXVI 37.

*προβούλευμα τῆς βουλῆς* (I). Dionys. VI 67; XI 17.

*προβούλευμα τοῦ συνεδρίου* (I). Dionys. IX 32.

*ψήφισμα* (I). Dionys. VI 1. 50. 84; VIII 74 et al. Plut. Fort. Rom. 12. Appian. BC. I 24; II 107; III 22 et al. Cass. Dio XLVI 11.

*ψήφισμα τῆς βουλῆς* (I). Dionys. II 19; VI 1. 78. 88 et al. Appian. BC. II 22; IV 70.

## Senatus Auctoritas.

*αὐκτώριτας* (III). Cass. Dio LV 3.

## Populus Romanus.

*ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων* (I). Plebiscitum Lampsacenorum a. 558/196 Ath. Mitt. VI 96. 212 = Ditt.[2] 276. Epist. Flaminini ad Cyretienses a. 588/196—560/194 CIG. 1770 = Ditt.[2] 278. SC. de Narthaciensibus et Melitaeensibus ca. a. 604/150 BCH. VI 356 = Ditt.[2] 307. SC. de Oropiis a. 681/73 IG. VII 413 = Ditt.[2] 334. Foedus cum Mytilenaeis ca. a. 729/25 IG. XII 2, 35 d. Mon. Anc. Gr. XVIII 18. Tit. Thracius a. 202 BCH. XXII 480 = Ditt.[2] 932 et multi alii. Edictum Flaminini a. 558/196 ap. Appian. Maced. 9, 4. Foedus inter Romanos et Iudaeos ca. a. 594/160 ap. Ioseph. AI. XII 418. Edictum Augusti ca. a. 2 ap. Ioseph. AI. XVI 162. Dionys. IV 34. Herodian. VIII 5. 6.

*ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων* (I). Foedus cum Astypalaeensibus a. 649/105 IG. XII 3, 173 = CIG. 2485. Mon. Anc. Gr. XVIII 10. Epist. M. Antonii ad Hyrcanum a. 713/41 ap. Ioseph. AI. XIV 309. Decretum Halicarnassensium ap. Ioseph. AI. XIV 257. Polyb. I 62, 8; III 21, 2; XV 1, 3. Diodor. XIX 72, 6; XXXVI 3. Strab. III 148. Plut. Cat. 8. Herodian. II 2, 7; 10, 1.

*ὁ δῆμος Ῥωμαίων* (I). Foedus cum Astypalaeensibus supra cit. IG. XII 3, 173 = CIG. 2485. Mon. Anc. Gr. XIV 2. 16; XV 1; XVI 4. 10. 15; XVII 9, 10. Tit. Opunt. Locr. aet. Augusti IG. IX 282. Tit. Atheniensis aet. Hadriani IG. III 479. Tit. Urbanus aet. Antonini IG. XIV 976 = CIG. 5890 = IGR. I 51. Tit. Parius a. 204 CIL. III 14203[9] = IG. XII 5, 132 = Ditt.[2] 415. Plut. Pomp. 39; Galb. 27. CGL. II 269, 39.

*ὁ Ῥωμαίων δῆμος* (I). Tit. Caricus ca. a. 678/76 Le Bas III 409. Edictum M. Antonii a. 713/41 ap. Ioseph. AI. XIV 320. Dionys. I 74; II 16; III 22 et al. Ioseph. AI. XVI 128; BI. IV 596 et al. Plut. Publ. 1; Cor. 1; Galb. 17 et al. Appian. Pun. 112. Herodian. I 7, 1; 10, 4 et al.

*ὁ τῶν Ῥωμαίων δῆμος* (I). Diodor. XIV 93, 3.

*Ῥωμαίων ὁ δῆμος* (I). Dionys. V 54.

*ὁ Ῥωμαϊκὸς δῆμος* (II). Lyd. Mens. IV 10. 30.

*ὁ δῆμος Ῥωμαῖος* (II). CGL. III 275, 1.

## Civitas Romana (i. e. Ius civitatis).

*πολιτεία* (I). Polyb. VI 11 a, 7. Dionys. II 15. 16; IV 20 et al. Diodor. XVI 70, 6; XXXVII 13. 15. 17 et al. Ioseph. AI. XIV 137; XVI 53; BI. I 194. Plut. Num. 18; Publ. 21 et al. Appian. BC. I 21. 35; IV 11 et apud alios scriptores.

ἡ Ῥωμαίων πολιτεία (I). Tit. Argolicus a. 66—68 IG. IV 938. Tit. Magnesius ca. a. 138 Insch. Magn. 180. Tit. Atheniensis aet. Commodi IG. III 702 = CIG. 399. Papyri: BGU. 113 (a. 143). 265 (a. 148). Dionys. III 49. Plut. Sull. 8. Appian. BC. I 21. 34. 53.

ἡ ἐν Ῥώμῃ πολιτεία (I). Plut. Cat. Min. 2.

ἰσοπολιτεία (I). Dionys. IV 22; VI 63. Strab. V 210.

ἡ Ῥωμαίων ἰσοπολιτεία (I). Dionys. IV 58.

ἰσονομία (I). Strab. V 220.

**Civis Romanus.**

πολίτης (I). Vocabulum ubique comparet, e. g.: Dionys. II 51. 55. 56. Strab. V 220.

πολίτης Ῥωμαίων (I). Edictum Lentuli a. 705/49 ap. Ioseph. AI. XIV 228. Decretum Deliorum ap. Ioseph. AI. XIV 232. Strab. V 231. Plut. Cor. 31. Appian. BC. I 100; II 26.

πολίτης Ῥωμαῖος (II). Dionys. VI 41. Diodor. XXXVII 17. Lyd. Mag. I 26.

ἰσοπολίτης (I). Dionys. VIII 76. Appian. BC. I 21; II 120.

Ῥωμαῖος (II). Plut. Cic. 24. Appian. BC. II 26; Numid. 3; Maced. 11, 7.

**Quirites.**

κυρῖτες (III). Dionys. II 46. Strab. V 228. Plut. Rom. 19. 29; Num. 3.

κυΐρῖται (III). Cass. Dio XXXVI 23. 25. 29 et al.

**Ius Suffragii.**

ἐξουσία ψήφου (II). Plut. Publ. 7; Cor. 19.

**Ius Latinum.**

τὸ Λατίου δίκαιον (II). Appian. BC. II 26.

**Socii Nominis Latini.**

οἱ Λατῖνοι (III). Plut. C. Gracch. 9.

**Togati** (in Provincia).

τογᾶτοι (III). Strab. III 151.

οἱ ἐν τῇ τηβεννικῇ ἐσθῆτι (II). Strab. III 167.

**Peregrinitas.**

ξενία (I). Appian. BC. II 26.

**Peregrini.**

ξένοι (I). Dionys. IV 23. Appian. BC. II 2. Lyd. Mag. I 45.

μέτοικοι (I). Plut. Sull. 8.

**Libertinus.**

ἀπελεύθερος (I). Diodor. XX 36, 3 et 6. Plut. Publ. 7; Luc. 19; Pomp. 13. Ioseph. AI. XVIII 181. Appian. BC. I 49; IV 34. 44 et al. Cass. Dio XXXVI 40; XL 63 et al. CGL. III 182, 2.

ἀνὴρ ἀπελεύθερος (I). Plut. Galb. 7; QR. 55.

ἀπελευθέριος (I). CGL. III 275, 29.

*ἀπελευθερικός* (I). CGL. II 234, 25; III 304, 59/58 (*ἀπελευθερική* = libertina, CGL. III 304, 60).

*ἀπελευθεριώτης* (I). Strab. V 235.

*ἐξελεύθερος* (I). Ioseph. BI. IV 493. Appian. BC. I 33; II 118. 120 Mith. 23. Cass. Dio XL 16; XLVIII 45; L 10 et al. (*ἐξελευθέρα* = libertina, Cass. Dio. LIV 6; LVI 7).

*ἐξελευθερικός* (I). Plut. Sull. 8; Ant. 58.

*τὸ ἐξελευθερικὸν φῦλον* (Libertini) (I). Dionys. IV 22.

**Libertus (Liberta).**

*ἀπελεύθερος* (*ἀπελευθέρα*) (I). In titulis passim, e. g.: Tit. Melius saec. I/II ut videtur IG. XII 3, 1232 = CIG. 2439. Tit. Urbanus saec. II exeuntis IG. XIV 1036 = CIG. 5683 = IGR. I 112. Tit. Urbanus saec. II/III IG. XIV 1402 = CIG. 6541 = IGR. I 198. Tit. Puteolanus aet. incert. IG. XIV 856 = CIG. 5827 b. Tituli Urbani aet. incert. IG. XIV 1464. 1494 = IGR. I 216. 232. Dionys. IV 23. Diodor. XXXI 15, 2. Herodian. IV 8, 4; V 7, 7. Et passim apud Ioseph., Plut., Appian., Cass. Dion. CGL. II 122, 49; 234, 23 et al.

*ἐξελεύθερος* (I). Tit. Urbanus aet. incert. IG. XIV 1907 = IGR. I 323. Ioseph. AI. XVII 332; XIX 362; Vit. 51. Appian. BC. II 5; III 11. 94 et al. Cass. Dio. XXXIX 38; XLIV 51; LV 10 et al. (*ἐλευθέρα* = liberta IG. XIV 2490 = IGR. I 15).

*λίβερτος* (III) Polyb. XXX 16, 4. Appian. Mith. 2.

**Patronus** (sive hominis sive oppidi).

*πάτρων* (III). Tit. Teius a. 594/160 — 604/150 BCH. IV 47 = Ditt.[2] 303, 24. Tit. Olympius ca. a. 644/90 Insch. Olymp. 328. Tit. Phrygius a. 666/88 — 674/80 BCH. VII 277. Tit. Urbanus saec. I medii IG. XIV 1077 = CIL. VI 1508 = IGR. I 139. Tit. Ligustinus aet. Traiani IG. XIV 2278 = CIG. 6763. Tit. Brundisinus saec. II/III IG. XIV 680 = CIG. 5783 c add. III p. 1254 = IGR. I 465 et multi alii. Diodor. XXIX 27. Plut. Rom. 13; Fab. 13; Mar. 5; QR. 55. CGL. II 399, 57; III 50, 63; 276, 65 et al.

*πάτρων τουτ' ἔστιν ὁ ἐλευθερώσας* (III, II). CGL. II 143, 27.

*πατρονεύων* (III). Tit. Delphicus aet. incert. CIG. 1695.

*προστάτης* (I). Tit. Ephesius a. 120, ut videtur Kaibel Ep. Gr. 888 a = IBM. 539. Tit. Urbanus aet. Severian. IG. XIV 1078 = IGR. I 138. Tit. Ancyranus saec. III Arch.-Epigr. Mitt. IX 122 n. 82 = IGR. III 205. Dionys. II 9. 10. 11. Plut. Rom. 13; Mar. 5. Appian. BC. II 4. Cass. Dio XXXVIII 17. CGL. II 143, 27; 423, 8; III 459, 35 et al.

*πάτρων καὶ προστάτης* (patronus collegii) (III, I). Tit. Hispaniensis aet. incert. IG. XIV 2540 = IGR. I 26.

*πατρόβουλος* (patronus coloniae) (II). Iulian. Ep. 11 (ita Cumont Rev. Phil. XXVI 224 seqq.).

**Patrona.**

*πατρώνισσα* (III). Tit. Urbanus IG. XIV 1671. Tit. P[illegible]lagonius CIG. 4106 = IGR. III 152. Tit. Ephesius Herm. IV [illegible] n. 9 = IBM. 562 omnes aetatis incertae. CGL. II 399, 58; III, 276, [illegible]

**Patronatus.**

*πατρωνεία* (III). Dionys. II 9. 10. Plut. Rom. 13.

*προστασία* (I). Tit. Ephesius a. 120, ut videtur, Kaibel Ep. Gr. 888a = IBM. 539. Dionys. II 9. Plut. Rom. 13.

**Cliens.**

*πελάτης* (fem. *πελάτις*) (I). Dionys. II 10. 62; IV 23. 55; V 7 et al. Plut. Rom. 13; Publ. 5; Cor. 13; Cat. 24 et al. Appian. BC. IV 18. 19; Hisp. 84. CGL. III 276, 67.

*θεράπων* (II). CGL. III 304, 65; 504, 46; 522, 22.

*πρόσφυξ* (II). CGL. II 102, 7; 423, 34; III 29, 8; 182, 19 et al.

*συνέστιος* (II). CGL. III 79, 22.

*κλίεντες* (-ης) (III). Plut. Rom. 13; Fort. Rom. 10. Lyd. Mag. I 20.

*ὁ πελάτης ὄχλος*. Dionys. VI 52.

*τὸ πελατικόν*. Dionys. IX 23.

**Clientela.**

*προσφυγή* (II). CGL. II 102, 5; 422, 33.

**Patricius.**

*πατρίκιος* (III). Mon. Anc. Gr. IV 8. Tit. Pamphylius saec. II exeuntis CIG. 4351 (*πα[τρίκιος?]*). Signaculum Gallicum aet. Byzant. IG. XIV 2573, 14 = CIL. XII 5690, 138. Dionys. II 8—12. 47. 56 et passim. Plut. Rom. 13. 20; Num. 2; Cor. 20 et al. Appian. Sic. 7. Lyd. Mag. I 16. 17. 18. 38. 45; Mens. IV 47. 73. CGL. III 274, 59.

*εὐπατρίδης* (I). Tit. Urbanus aet. Antonin. IG. XIV 1392 = CIG. 6185 = IGR. I 196 = Ditt.[2] 399. Tit. Piraeus aet. eiusdem Ath. Mitt. VI 309 = Ditt.[2] 400. Dionys. II 9; IX 44. Ioseph. AI. XVIII 226; XIX 2 et al Plut. Paull. 2; Publ. 18; Fab. 16 et al. Appian. Ital. 9; Mith. 93 (?). Cass. Dio. fr. 21, 3; 22, 1; 26, 2; XXXVII 51 et al. Herodian. I 2, 2; 6, 3; II 3, 2 et al. Lyd. Mag. I 16. 20. 44; III 55; Mens. IV 1 et al. CGL. II 143, 21; 318, 56.

*ἀνὴρ εὐπατρίδης*. Plut. Cat. 3; Oth. 5. Lyd. Mag. II 20; III 48. 72.

*εὐγενής* (I). CGL. II 143, 32; III 274, 59 (contra ea, *εὐγενής* apud Diodor. XX 36; Plut. Ant. 12; Cass. Dion. XLVIII 20; LIII 1; LIX 11 *nobilis* esse videtur).

*αὐτόχθων* (II). CGL. II 143, 32; 252, 6; III 28, 54; 274, 58 et al.

*πρόγονος* (II). CGL. II 143, 34.

cf. *πατέρες* = *patricii*. Lyd. Mag. I 17 (cf. Dionys. II 8).

fortasse etiam *ἀριστοκρατικός* (II). Dionys. VI 49. 57; VIII 60 et al. Plut. Flam. 18.

**Patriciatus.**

*εὐγένεια* (I). Plut. QR. 76 (ita Momms. StR. III 891 adn. 1). Cass. Dio XXXVII 51.

**Gentes Minores.**

*πατρίκιοι νεώτεροι* (III). Dionys. II 47 (sed vocabulum perperam adhibitum, cf. Momms. StR. III 845 adn. 3).

**Plebs.**

*δῆμος* (I). Mon. Anc. Gr. VII 21; VIII 17. Dionys. II 11; IV 11. 12; V 64. 67; VI 24 et al. Plut. Fab. 8. 9. 14; Cor. 5. 7 et pass.; Marc. 27 et al. Appian. BC. I 1. 12. 13. 14. 19 et pass. Lyd. Mag. I 34. 38. 44. CGL. II 146, 11; 508, 24; 520, 7; 541, 17 et al.

*πλῆθος* (I). Dionys. II 9; VII 13. 34. 64; IX 27 et al. Diodor XII 25, 2; XXXIV/XXXV 24 et al. Plut. Rom. 13; Fab. 18; Cam. 42; Cor. 37 et al. Appian. BC. I 59; II 13. Cass. Dio XXXVII 51; XLII 29; XLIII 45. 51 et al. Lyd. Mag. I 38. CGL. II 152, 6; III 460, 31.

*πληθύς* (I). Dionys. VII 16. 45; IX 44 et al.

*ὄχλος* (II). Mon. Anc. Gr. VIII 10. Diodor. XXXIV/XXXV 25. Plut. Fab. 7. Appian. BC. I 30.

*ὅμιλος* (II). Cass. Dio LIII 21. Aliter dictum est hoc vocabulum de plebe aetatis imperatoriae, senatoriis et equitibus opposita XLI 7; XLIII 25; LX 7 et al. cf. Momms. StR. III 146 adn. 1.

*ὁ δημότης λεώς* (I). Appian. BC. III 30. 92.

*ὁ δημότης ὄχλος* (I). Dionys. V 2. 32.

*ἡ δημοτικὴ μέρις* (I). Dionys. VIII 81.

*τὸ δημοτικόν* (I). Dionys. II 11; IV 9. 40 et al. Diodor. XXXVII 2. Plut. Rom. 13. 26; Cam. 40; Caes. 14. Cass. Dio XXXVII 22. 23.

*τὸ δημοτικὸν γένος* (I). Dionys. I 85; XI 28. Cass. Dio LXXVIII 24.

*τὸ δημοτικὸν μέρος* (I). Dionys. II 62; XI 59.

*τὸ δημοτικὸν πλῆθος* (I). Dionys. II 14; III 48; IV 30. 36 et al.

*ὁ δημοτικὸς ὄχλος* (I). Dionys. III 67; VII 48; IX 27; X 58 et al.

*οἱ πολλοί* (I). CGL. III 274, 61.

*δῆμος μικρός* (II). CGL. II 152, 6; 269, 40; III 274, 63.

**Plebeius.**

*δημότης* (I). Dionys. IV 3; VI 28. 35. 87 et pass. Plut. Cam. 39; Cor. 2. 18; Caes. 4 et al. Appian. BC. I 21. 22. 24 et pass. Cass. Dio XLVIII 49; LIX 8; LXIV 6. Lyd. Mag. I 38. CGL. II 152, 24; 269, 50; III 274, 65; 375, 49; 460, 16.

*ἀνὴρ δημότης* (I). Appian. BC. I 25; II 12.

*δημοτικός* (I). Dionys. II 26; III 72; IV 10. 22 et al. Plut. Cor. 7. 12; Cam. 21; Cat. 16 et al.

*ἀνὴρ δημοτικός* (I). Dionys. IX 10. Plut. Cam. 21.

**Plebeii.**

*πλήβειοι* (III). Dionys. II 8; V 18.

*πόπουλοι* (III). Plut. Rom. 13.

**Plebiscitum.**

*ψήφισμα* (I). Diodor. XXXIV/XXXV 7, 1. Appian. BC. I 31. 81; II 144 et al.

*δήμου ψήφισμα* (I). CGL. II 152, 1.

*λεπτοῦ δήμου ψήφισμα* (I). CGL. II 359, 45.

*δήμου δόγμα* (I). CGL. III 275, 3; 276, 38.

**Transire ad Plebem.**

*εἰς τὸ πλῆθος μεθιστᾶναι.* Cass. Dio XLII 29.

**Transitio ad Plebem.**

*ἐκποίησις* (II). Cass. Dio XXXVII 51.

*μετάστασις* (II). Cass. Dio XXXIX 11.

## Ordo Senatorius.

*τὸ βουλευτικόν* (I). Cass. Dio XXXVII 46; XL 57; XLI 3; XLV 2 et al.

*τὸ βουλευτικὸν γένος* (I). Appian. BC. II 21. Cass. Dio LV 2. 13.

*τὸ βουλευτικὸν φῦλον* (I). Cass. Dio LIX 9.

*τὸ βουλεῦον* (I). Cass. Dio fr. 85, 3; LX 7.

## Dignitas Senatoria.

*βουλεία* (I). Cass. Dio XXXVI 36; XXXVII 30; LIX 9.

*τὸ βουλευτικὸν ἀξίωμα* (I). Plut. Cic. 17. Cass. Dio LIV 26; LXI 17.

## Senatorius.

